

 IN DUAS HOMILIAS DE PROPHETIARUM OBSCURITATE

Admodum difficile est tempus indicare, quo hæ duæ homiliæ habitæ fuere. Certum quidem est priorem aliquot diebus præcessisse, posteriorem vero die Dominica dictam fuisse. Id enim constat ex iis quæ dicuntur in Homilia cui titulus, *Dæmones non gubernare mundum*. Ibi enim, Tom. II, p. 247, B, sic ait: *Atque hoc quidem ab omni tempore jam innotuit, præsertim a Dominica superiore. Numquam enim divina vobis eloquia fastidium parere dies ille præsertim indicavit*. Ibidem autem, in concionis scilicet principio, illa omnia ordine repetit quæ in hujus concionis fine dixerat, quod in more esse Chrysostomo nemo nescit; nimirum agit de sanctis justisque viris, qui suæ ipsorum peccata, non autem aliena, cum doloris significatione commemorabant, allatis etiam Scripturæ locis bene multis atque exemplis sanctorum, eadem serie et accuratissime. Nam quod exemplum desiderari in hac secunda concione querebatur Tillemontius, vir diligentis et accurationis singularissimæ, nempe illud Petri, *Exi a me, quia vir peccator sum*, jam ex Codice Colbertino restitutum habes. Itaque certum exploratumque est homiliam hanc secundam de Prophetiarum obscuritate dictam fuisse Dominica præcedente concionem illam supra memoratam. Certum perinde videtur hasce duas conciones Antiochiæ habitas fuisse; quia nempe Chrysostomus sic de episcopo loquitur in homilia secunda, num. 5, ut non se, sed alium episcopum esse subindicet. De anno autem nihil exploratum habetur. Vide Tomo II, p. 245.

Erit forte quispiam qui annum se hinc expiscari posse putet, quod in Homilia prima de Prophetiarum

 UTILITER ET PERCOMMODE FACTUM, UT PROPHETIÆ DE CHRISTO ET GENTIBUS DEQUE JUDÆORUM
 REPROBATIONE OBSCURÆ ESSENT, DEMONSTRATIO (a).


1. *Sententiæ Isaiaë cum altitudine maris conferuntur. Experienciæ et exercitationis commoda.* — Prophetiam vobis hodie volo mensam instruere, atque in pelagus sapientiæ Isaiaë meditor orationem immittere. Sed quid faciam? Dubito ac metuo, ne cum e portu egressi fuerimus, atque ad profundum sententiarum prophetæ pervenerimus, quod nautis contingit, qui navigationi assueti non sunt, vertigine laboremus. Nam et illi cum relicta terra ex utraque parte navis pelagus viderint, nec aliud quidquam præter mare ac cælum, tenebrosa vertigine corripiuntur, et una cum mari

navigium in orbem existimant circumferri. Non tamen ex natura maris, sed quod inexperti sint qui navigant, oboriuntur vertigines: cæteri quidem certe nautæ nudis corporibus et in mediis fluctibus in caput se dejiciunt, neque tale quidquam patiuntur, sed cum ad ipsum profundum descenderint, tutius, quam qui in pavimento degunt, illic versantur, et licet ore, oculis, ac toto corpore salsuginem excipiant, non ægre ferunt. Tantum bonum est exercitatio, tantum malum est imperitia: sic ista persuadet, ut etiam quæ formidabilia sunt contemnamus, illa vero efficit, ut etiam tuta suspecta sint nobis, ac reformidanda videantur. Nam hi quidem in sublimibus sedentes navis tabula-

(a) Collata cum Codice Regio 2545, et cum Colbertino 1030.

MONITUM.

obscuritate, numero 3, dicat se sermonem de Melchisedec in alterum diem rejicere. De Melchisedec vero pluribus egit Chrysostomus in Homilia septima contra Judæos, Tomo I : unde sequi videretur hanc homiliam, septimam contra Judæos præcessisse, atque in annum 387 consignandam esse. Verum præterquam quod sæpius de Melchisedec sermonem habuit Chrysostomus, hæc quæ in aliud tempus se remittere dicit Chrysostomus, genealogiam illius sine patre et sine matre spectabant, ut ex serie arguitur : in Homilia autem illa septima contra Judæos, id unum probat S. doctor, sacerdotium illud Melchisedec excellentius fuisse sacerdotio Judæorum. Quamobrem nihil hinc indicii expiscari possumus, quo de anno aliquid statuamus.

Has duas conciones inter nobilissimas commemoramus : hic multa ad morum institutionem præclara : hic modum precationis in cætu ecclesiæ pro episcopo emitti solitæ perspicimus in concione 2, num. 5. In concione 1, num. 3, Persas obsedissee Jerosolymam dicit, de obsidione loquens quam Jeremiæ tempore Babylonios, non Persas, posuisse certum est. Et tamen inter dubitandi causas a viris doctis allatas περί γνησιότητος Sermonum de precatione, Tomo II, p. 778, hæc affertur quod auctor horumce sermonum Sennacheribum vocarit regem Persarum; illi vero probe possunt ex hoc loco confutari, necnon ex aliis bene multis ubi Babylonios et Assyrios Chrysostomus Persas vocat.

Harum concionum interpretatio Latina est Frontonis Ducæi, quam aliquot in locis castigavimus.

Ἀπόδειξις τοῦ χρησίμου τὰς περὶ Χριστοῦ καὶ ἐθνῶν καὶ τῆς ἐκπτώσεως Ἰουδαίων προφητείας ἀσαφείς εἶναι.

α'. Προφητικὴν σήμερον ὑμῖν παραθεῖναι βούλομαι τράπεζαν καὶ πρὸς τὸ πέλαγος τῆς Ἡσαΐου σοφίας ἐπαφεῖναι τὸν λόγον παρασκευάζομαι. Ἄλλὰ τί πάθω; Ὀκνῶ καὶ δέδοικα, μὴ ποτε τὸν λιμένα ἐξεληθόντες, καὶ πρὸς τὸ βάθος κατανήσαντες τῶν προφητικῶν νοημάτων, λιγγιάσωμεν ὅπερ πάσχουσιν οἱ τῶν πλωτήρων ἀήθεις. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, ἐπειδὴν τὴν γῆν ἀφέντες ἐξ ἑκατέρου μέρους τῆς νηὸς πέλαγος ἴδωσι, καὶ οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἢ θάλατταν καὶ οὐρανὸν, σκοτοδίνῳ κατέχονται, καὶ περιφέρεσθαι τὸ πλοῖον αὐτοῖς κύκλῳ νομίζουσι μετὰ τῆς θαλάττης. Ἄλλ' οὐ παρὰ τὴν φύσιν τῆς θαλάττης, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν πλεόντων οἱ λιγγοὶ γίνονται ἕτεροι γοῦν

τῶν ναυτῶν γυμνοῖς τοῖς σώμασι κυδιστῶσι κατὰ τῶν κυμάτων, καὶ οὐδὲν πάσχουσι τοιοῦτον, ἀλλὰ πρὸς τὸ βάθος καταβάντες αὐτὸ, τῶν ἐν ἐδάφει διαιτωμένων ἀσφαλέστερον διατρίβουσι, καὶ τῷ στόματι, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ παντὶ τῷ σώματι δεχόμενοι τὴν ἄλμην, οὐ δυσχεραίνουσι. Τοσοῦτόν ἐστι μελέτη καλὴν, τοιοῦτόν ἐστιν ἀπειρία κακόν· οὕτως αὕτη καὶ τῶν φοβερῶν καταφρονεῖν πείθει, ἐκείνη δὲ καὶ τὰ ἀσφαλῆ ὑποπτεύειν καὶ δεδοικέναι παρασκευάζει. Οἱ μὲν γὰρ ἐφ' ὑψηλῶν τῶν ἰκρίων καθήμενοι τῆς νηὸς, καὶ πρὸς τὴν θεῶν λιγγιῶσιν· οἱ δὲ οὐδὲ ἐν μέσοις θορυβοῦνται τοῖς κύμασι. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς διανοίας γίνεται τῆς ἡμετέρας· καὶ γὰρ καὶ ταύτην πολλάκις καταλαμβάνει κύματα παθῶν τῶν θαλαττίων ἀγριώτερα, αἷον ζάλη θυμοῦ κάτωθεν στρέφουσα τὴν καρδίαν,

^a Mss. σκότῳ δεινῶ, et sic supra, p. 158, A, separatis vocibus.

πνεύματα ἐπιθυμίας πονηρᾶς πολλὴν ἐμποιοῦντα ^a τῇ
διανοίᾳ τὴν σύγχυσιν. Ἄλλ' ὁ μὲν ἀπειρος καὶ ἀμε-
λέτητος, ἀρχομένου τοῦ χειμῶνος τῆς ὀργῆς, εὐθέως
[169] θορυβεῖται, ταραττεται, κλονεῖται, περιορᾷ γινο-
μένην ὑποβρύχιον τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῶν παθῶν, καὶ
ναυάγιον ὑπομένουσαν· ὁ δὲ ἔμπειρος καὶ μεμελετη-
κῶς τὰ τοιαῦτα φέρειν γενναίως, καθάπερ κυβερνή-
την ἐπὶ τῶν οἰάκων, οὕτω τὸν λογισμὸν ἐπάνω τῶν
παθῶν καθίσας, οὐ πρότερον ἀφίσταται πάντα ποιῶν,
ἕως ἂν κατευθύνῃ τὸ σκάφος πρὸς τὸν εὐδιον τῆς φι-
λοσοφίας λιμένα. Ὅπερ οὖν ἐπὶ τῆς θαλάττης γίνε-
ται, καὶ ἐπὶ τῆς διανοίας συμβαίνει, τοῦτο καὶ ἐν τῇ
ἐξηγήσει τῶν Γραφῶν συμπίπτει· ἀνάγκη θορυβεῖ-
σθαι, ταραττεσθαι, ἐπειδὴν ἐξέλθωμεν εἰς τὸ πέλα-
γος, οὐκ ἐπειδὴ τὸ πέλαγος φοβερόν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἡμεῖς
οἱ πλείοντες ἀπειροί. Ὅτι γὰρ ἔστιν, εὐκόλον φύσει
λόγον ὄντα, δύσκολον γενέσθαι παρὰ τὴν ἀπειρίαν
τῶν ἀκουόντων, Παῦλον ὑμῖν παραστήσομαι μάρτυρα.
Εἰπὼν γὰρ ὅτι Χριστὸς ἐγένετο ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν
τάξιν Μελχισεδέκ, καὶ ζητῶν τίς ἐστὶν ὁ Μελχισε-
δέκ, ἐπήγαγε· *Περὶ οὗ πολλὺς ἡμῖν ὁ λόγος καὶ
δυσερμῆνευτος*. Τί λέγεις, ὦ μακάριε Παῦλε; Δυσερ-
μῆνευτός σοι τῷ πνευματικῇ ἔχοντι σοφίαν, τῷ τὰ
ἀπόρρητα ῥήματα ἀκούσαντι, τῷ πρὸς τρίτον ἀρπα-
γέντι οὐρανόν; Εἰ σοὶ δυσερμῆνευτος, τίτι κατα-
ληπτός; Ἐμοί, φησὶ, δυσερμῆνευτος, οὐ παρὰ τὴν
οἰκείαν δυσκολίαν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν
ἀκουόντων. Εἰπὼν γὰρ, *Δυσερμῆνευτος*, ἐπήγαγεν·
Ἐπειδὴ νωθροὶ γεγονάτε ταῖς ἀκοαῖς. Ὅρᾳς ὅτι οὐχ
ἡ φύσις τοῦ λόγου, ἀλλ' ἡ ἀπειρία τῶν ἀκουόντων
δύσκολον τὸν οὐ δύσκολον ἐποίησεν; Οὐ μόνον δὲ
δύσκολον, ἀλλὰ καὶ πολὺν ποιεῖ τὸν βραχὺν ἢ αὐτὴ
αἰτία· διόπερ οὐχὶ δυσερμῆνευτον ἔφησεν εἶναι μόνον,
ἀλλὰ καὶ πολὺν, καὶ τοῦ μήκους, καὶ τῆς δυσκολίας
ἀναθεῖς τὴν αἰτίαν τῇ νωθρότητι τῆς ἀκοῆς. Καθά-
περ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀρρώστων οὐκ ἀναγκαῖον σύν-
τομον καὶ ἐσχεδιασμένην παραθεῖναι τράπεζαν, ἀλλὰ
δεῖ παρασκευάσαι τὰ σιτία διάφορα, ἵνα ἂν τοῦτο ὁ
κάμνιον μὴ βουληθῇ μεταλαβεῖν, τὸ ἕτερον λάβῃ· κἂν
ἐκεῖνο μὴ προσίηται, τὸ ἄλλο δέξεται· κἂν τοῦτο
διακρούσηται, ἐπιλάβηται θατέρου, καὶ τῇ ποικιλίᾳ
τῶν βρωμάτων τὴν δυσκολίαν νικήσωμεν, καὶ τῷ
πολυτρόπῳ τῆς τραπέζης τὸ δυσάριστον τῆς γνώμης
θεραπεύσωμεν· οὕτω πολλάκις καὶ ἐπὶ τῆς πνευμα-
τικῆς ἐστιάσεως χρῆ ποιεῖν. Ὅταν ἀσθενεῖς ὦμεν,
πολὺν παρασκευάσασθαι χρῆ τὸν λόγον καὶ ποικίλον,
παραβολὰς καὶ παραδείγματα ἔχοντα, κατασκευὰς,
καὶ περιόδους, καὶ ἕτερα πολλά τοιαῦτα, ἵνα ἐκ πάντων
ῥαδίᾳ γένηται ἡμῖν τῶν συμφερόντων ἢ αἴρεσις. Πλὴν
ἀλλ' εἰ καὶ πολλὺς ὁ λόγος καὶ δυσερμῆνευτος, οὐκ
ἀπεστέρησεν αὐτοὺς τῆς διδασκαλίας τοῦ Μελχισε-
δέκ· τῷ μὲν γὰρ εἰπεῖν, *Πολλὺς καὶ Δυσερμῆνευτος*,
ἀναστήσας αὐτῶν τὴν σπουδὴν, ἵνα προθυμότεροι γέ-
νωνται περὶ τὴν ἀκρόασιν· τῷ δὲ παρασχεῖν τὴν
τράπεζαν, χαρισάμενος αὐτῶν τῇ ἐπιθυμίᾳ.

β'. [170] Τοῦτο δὲ καὶ ἡμεῖς ποιήσωμεν· εἰ καὶ ἀπει-
ρον τὸ πέλαγος τῶν προφητῶν, καὶ πολλὰ ἐκεῖ τὰ βάθη,

κατατολήσωμεν τῆς θαλάττης κατὰ τὴν ἡμετέραν
δύναμιν· μᾶλλον δὲ μὴ κατὰ τὴν ἡμετέραν δύναμιν,
ἀλλὰ κατὰ τὴν ἄνωθεν δεδομένην ἡμῖν χάριν, οὐ διὰ
τὴν ἡμετέραν παρρησίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ὑμετέραν
ὠφέλειαν κατατολήσωμεν τῆς θαλάττης, κἂν τούτω
Παῦλον μιμούμενοι. Ὅτι γὰρ οὐκ ἀπεστέρησεν αὐ-
τοὺς τοῦ λόγου τοῦ κατὰ τὸν Μελχισεδέκ, ἀκουσον
τῶν ἐξῆς. Εἰπὼν γοῦν, *Περὶ οὗ πολλὺς ὁ λόγος καὶ
δυσερμῆνευτος*, ἐπήγαγεν· *Οὗτος γὰρ ὁ Μελχισε-
δέκ, βασιλεὺς δικαιοσύνης· ἔπειτα δὲ καὶ βασι-
λεὺς Σαλήμ, ὃ ἐστὶ βασιλεὺς εἰρήνης, ἀπάτωρ,
ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν,
μήτε ζωῆς τέλος ἔχων· ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ Υἱῷ
τοῦ Θεοῦ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές*. Ἄρα οὐκ
ἐτάραξεν ὑμῶν τὰς ἀκοὰς περὶ ἀνθρώπου διαλεγόμε-
νος ὁ Παῦλος καὶ λέγων, Ἄπάτωρ, ἀμήτωρ; Καὶ τί
λέγω, περὶ ἀνθρώπου; Εἰ γὰρ περὶ τοῦ Χριστοῦ λέ-
γοιτο τοῦτο, οὐκ ἂν πολλὴν καὶ οὕτως ἡμῖν παρέχοι
ζήτησιν; Εἰ γὰρ ἀπάτωρ, πῶς Υἱός; εἰ ἀπάτωρ,
πῶς Μονογενής; Ὁ γὰρ υἱὸς ὀφείλει πατέρα ἔχειν,
ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη υἱός. Ἀλλὰ καὶ ἀπάτωρ ἐστὶν ὁ Υἱὸς
τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀμήτωρ. Πῶς; Ἄπάτωρ τὴν κάτω
γέννησιν, ἀμήτωρ τὴν ἄνω· οὔτε γὰρ ἐπὶ γῆς ἔσχε
πατέρα, οὔτε ἐν οὐρανῷ μητέρα. Ἀγενεαλόγητος.
Ἀκουέτωσαν οἱ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ πολυπραγμονοῦν-
τες· καίτοι τινὲς νομίζουσιν, ὅτι τὸ Ἀγενεαλόγητος
τοῦτο περὶ τῆς ἄνω γεννήσεως εἴρηται. Οἱ μὲν γὰρ
αἰρετικοὶ οὐδὲ τοῦτο βούλονται· καὶ γὰρ καὶ ἐκείνην
πολυπραγμονοῦσι καὶ περιεργάζονται· οἱ δὲ ἐπιει-
κέστεροι τούτων ἐκείνη μὲν παραχωροῦσιν, οὐκέτι
δὲ καὶ περὶ ταύτης τῆς κάτω νομίζουσιν εἰρῆσθαι
τὸ, Ἀγενεαλόγητος. Δείξωμεν οὖν ὅτι περὶ ἑκατέρας
γεννήσεως τοῦτο ὁ Παῦλος εἶπε, καὶ περὶ τῆς ἄνω, καὶ
περὶ τῆς κάτω· καὶ γὰρ καὶ ἐκείνη φρικτὴ, καὶ αὐτὴ
μυστικωτάτη. Διὰ τοῦτο καὶ Ἡσαΐας φησὶ, *Τὴν
γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται*; Ἀλλὰ περὶ ἐκείνης,
φησὶν, εἶπε τῆς ἄνω. Τί οὖν ἐροῦμεν Παύλω, ἀμφο-
τέρας εἰπόντι τὰς γεννήσεις, καὶ τότε ἐπαγαγόντι τὸ,
Ἀγενεαλόγητος; Πρότερον γὰρ εἰπὼν, Ἄπάτωρ,
ἀμήτωρ, τότε ἐπήγαγε τὸ, Ἀγενεαλόγητος, ἵνα μὴ
μόνον κατ' ἐκείνην τὴν γέννησιν, καθ' ἣν ἀμήτωρ
ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ κατὰ ταύτην, καθ' ἣν ἀπάτωρ ἦν,
τὴν κάτω λέγω, ἀγενεαλόγητον εἶναι πιστεύσης. Διὰ
τοῦτο ἀμφοτέρας θεῖς, τότε εἶπε τὸ, Ἀγενεαλόγητος·
καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ ἡ κάτω ἀκατάληπτος, ἵνα πρὸς
ἐκείνην μηδὲ παρακύψαι τολμήσωμεν. Εἰ γὰρ τὰ
προπύλαια τοῦ ναοῦ οὕτω φοβερά καὶ ἀπρόσιτα, πῶς
εἰς τὰ ἄδυτά τις εἰσελθεῖν ἐπιχειρήσει; Ὅτι μὲν γὰρ
ἐγεννήθη ἐκ τοῦ Πατρὸς, οἶδα· τὸ δὲ πῶς, οὐκ οἶδα.
Ὅτι ἐτέχθη ἐκ τῆς παρθένου, ἐπίσταμαι· τὸν δὲ
τρόπον οὐδὲ ἐνταῦθα καταλαμβάνω. Ἐκατέρας γὰρ
[171] φύσεως ἡ γέννησις ὁμολογεῖται, καὶ ἑκατέρας
ὁ τρόπος σεσίγηται. Καὶ ὡσπερ ἐνταῦθα ἐπὶ τῆς παρ-
θένου, οὐκ εἰδὼς ἐγὼ πῶς ἐκ παρθένου ἐγεννήθη,
ὁμολογῶ ὅτι ἐγεννήθη, καὶ οὐκ ἀναιρῶ τὸ πρᾶγμα
διὰ τὴν ἄγνοιαν τοῦ τρόπου· οὕτω καὶ σὺ ποιήσον ἐπὶ
τοῦ Πατρὸς· εἰ καὶ οὐκ οἶδας πῶς ἐγεννήθη, τὸ, Ἐγεν-
νήθη, ὁμολόγησον ^b. Κἂν λέγῃ σοι ὁ αἰρετικὸς, Πῶς

^b Savil. et Halesio legendum videtur εἰ δὲ οὐκ οἶδας
πῶς ἐγέννησε, τὸ ἐγέννησε ὁμολόγησον.

^a Sic unus cod., alii poιοῦντα.

vis etiam ipso ex aspectu vertigine corripuntur: illi vero nec in mediis fluctibus perturbantur. Hoc et in mente nostra evenit: siquidem et ipsam sæpe fluctus perturbationum invadunt multo marinis sæviores, veluti procella iracundiæ, quæ deorsum cor dejicit, et pravæ cupiditatis venti, qui multam excitant in mente conturbationem. Atque is quidem qui inexper-tus est et inexercitatus, incipiente iræ tempestate, continuo turbatur, commovetur, agitur, animam sinit ab affectibus submergi, ac naufragium pati: qui vero expertus et exercitatus est ad hæc omnia patienter ferenda, tamquam gubernatorem ad clavum sedentem, ita rationem supra perturbationes istas collocat, neque prius absistit omnibus tentatis, quam navigium ad tranquillum philosophiæ portum duxerit. Quod igitur fit in mari, et quod in mente accidit, hoc et in expositione Scripturarum evenit: commoveri necesse est ac turbari, postquam in pelagus egressi fuerimus, non quod formidabile sit pelagus, sed quod inexperti simus nos qui navigamus. Nam orationem, quæ sua natura sit facilis, ob imperitiam auditorum difficilem fieri, Paulum vobis testem proferam. Cum enim Christum dixisset Pontificem fuisse secundum ordinem Melchisedec, quæsisissetque quis Melchisedec esset, adjecit: *De quo grandis nobis sermo, et interpretatu difficilis* (Hebr. 5. 11). Quid ais, beate Paulus? Tibi difficile est interpretatu, qui spiritali polles sapientia, qui arcana verba audivisti, qui ad tertium raptus es caelum? Si tibi difficile est interpretatu, a quo poterit comprehendi? Mihi difficile est interpretatu, inquit, non ob suam difficultatem, sed ob auditorum infirmitatem. Postquam enim dixit, *Interpretatu difficilis*, adjunxit: *Quoniam imbecilles facti estis ad audiendum*. Vides non naturam sermonis, sed auditorum imperitiam difficilem eum reddidisse, qui difficile minime fuit? Neque vero difficile tantum, sed et grandem efficit eum, qui brevis sit eadem causa: quapropter non modo difficile interpretatu eum esse dixit, verum etiam grandem, et longitudinis, et difficultatis causam adscribens aurium imbecillitati. Nam sicut dum ægros curamus non oportet subitanam et paratu facilem mensam illis apponere, sed varia sunt illis edulia paranda, ut si ægrotus hoc gustare noluerit, alterum sumat: quod si illud non admittat, aliud acceptet: aut si hoc repudiet, alteri manum injiciat, et ciborum varietate fastidium vitamus, ac diversitate mensæ animi ejus morositatem mitigemus: ita sæpenumero in spiritalibus conviviis est agendum. Cum infirmi simus, multa et varia instituenda est oratio, quæ comparationes habeat, exempla, demonstrationes, verborum circuitus, aliaque multa ejusmodi, ut ex omnibus facilis sit nobis eorum, quæ sint profutura, delectus. Enimvero licet grandis esset atque interpretatu difficilis ille sermo, nequaquam illos doctrina de Melchisedec privavit (a), cum et dicendo grandem illum esse atque interpretatu difficilem illorum studium excitavit, ut alacriores

fierent ad audiendum: et dum illis mensam instruxit, eorum cupiditati fuerit obsequutus.

2. *Scriptura sacra quomodo tractanda. Anomæos redarguit. Adversus hæreticos de æterna Christi generatione. Generatio etiam terrena Christi non intelligitur.* — Hoc nos quoque faciamus: tametsi prophetarum immensum est pelagus, multa que insunt illic voragine, audacter pro nostra virili parte mare ingrediamur; imo vero, non pro nostra virili parte, sed prout nobis superna gratia concessum fuerit, non fiducia freti nostra, sed procurandæ utilitatis vestræ causa mare audacter ingrediamur, et in hoc quoque Paulum imitemur. Quod enim oratione de Melchisedec illos minime privavit, ex iis, quæ sequuntur, intelliges. Sane cum dixisset, *De quo grandis sermo, et interpretatu difficilis*, adjecit: *Hic enim Melchisedec, rex justitiæ, deinde autem et rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque vitæ finem habens: assimilatus autem Filio Dei manet sacerdos in perpetuum* (Hebr. 7. 1-3). Annon vestras aures perturbavit de homine verba faciens Paulus, ac dicens, *Sine patre, sine matre?* Quid dico, de homine? Nam si hoc de Christo etiam diceretur, nonne sic etiam multam quærendi occasionem præberet? Si enim est sine patre, quomodo Filius? si sine Patre, quomodo Unigenitus? Filius enim patrem habere debet, alioqui filius non erit. Attamen et sine patre Filius Dei est, et sine matre. Quo tandem modo? Sine patre secundum terrenam generationem, sine matre secundum cælestem: nam neque in terris habuit patrem, neque matrem in caelis. *Sine genealogia*. Audiant, qui ejus essentiam curiose scrutantur: tametsi arbitrantur quidam, quod hic dicitur *Sine genealogia*, ad cælestem generationem pertinere. Nam hæretici ne hoc quidem volunt: etenim illam quoque curiose scrutantur et inquirunt: qui vero sunt inter illos modestiores, illi generationi hoc concedunt: de terrena non item dictum existimant illud, *Sine genealogia*. Ostendamus igitur hoc de utraque Paulum generatione dixisse, de cælesti simul et de terrena: nam et illa tremenda est, et hæc mystica maxime. Propterea dicebat etiam Isaias, *Generationem ejus quis enarrabit* (Isai. 53. 8)? Atqui de illa cælesti, inquit, hoc dixit. Quid ergo Paulo dicemus, qui utramque generationem commemoravit, ac deinde illud, *Sine genealogia*, subjunxit? Cum enim ante dixisset, *Sine patre, sine matre*, post adjunxit, *Sine genealogia*, ut non modo secundum illam generationem, secundum quam est sine matre, sed etiam secundum hanc, secundum quam erat sine patre, terrenam dico, sine genealogia ipsum esse credas. Idcirco utraque posita dixit, *Sine genealogia*, nam hæc terrena comprehendi non potest, ut in illam ne respicere quidem audeamus. Nam si templi vestibula sunt adeo terræjilia et inaccessa, quo pacto in ipsa adyta penetrare quis audebit? Genitum enim ex Patre fuisse scio: quo pacto, nescio. Ex virgine illum fuisse natum novi; modum autem ne hic quidem

(a) Hic et infra Colbertinus in multis deficit.

assequor. Nam utriusque naturæ generationem confitemur, et utriusque modum tacemus. Et sicut cum de virgine agitur, etsi nescio quo pacto sit ex virgine generatus, tamen eum generatum fuisse confiteor, nec rem tollo propter ignorantiam modi: ita fac tu quoque, cum de Patre agitur: licet nescias quomodo Filius sit genitus, eum fuisse genitum confitere¹. Quod si dixerit tibi hæreticus, Quomodo genitus est ex Patre Filius? mentem ejus in terram deprime, atque illi dicito: Descende de cælis, ac mihi demonstra, quomodo ex virgine sit natus, tumque illa me roga. Retine illum, et obsessum urge, neque resilire sinito aut in labyrinthum ratiocinationum se proripere: verum retine, et strangula, non manu, sed oratione; ne distinctiones illi et effugia concedas, quæ cupit. Hinc fit ut eos perturbent et commoveant, quibuscum disputant, quod nos illis obsequamur, neque eos ad sacrarum Scripturarum leges adigamus. Undique igitur illi murum ex testimoniis Scripturarum oppone, ac ne hiscere quidem poterit. Dic illi, Quo pacto ex virgine natus est? non absistam, neque recedam. Atqui modum effari non poterit, tametsi omni ope conatuque contendat. Cum enim Deus occluserit, quis jam reserabit? Sola fide percipi possunt talia. Quod si non acquiescas, sed rationes disquiras, iisdem te verbis, quibus Nicodemum Christus, affabor: *Si terrena dixi vobis, et non creditis, quomodo si dixerero vobis cœlestia, credetis (Joan. 3. 12)?* De nativitate dixi ex virgine, neque nosti, neque hiscere audes, et cælum curiose scrutaris? Atque utinam in cælum, et non in Dominum cæli curiose inquireris. *Si terrena dixi vobis, et non creditis.* Non dixit, Et non persuademini, sed, *Non creditis*, quo verbo significat terrena etiam fide indigere. Quod si terrena fide indigent, multo magis cœlestia. Quamquam tum Nicodemo de partu multo minori loquebatur: siquidem de baptismo sermo erat, et de spirituali regeneratione: sed hæc quoque fide comprehendenda dicebat. Cæterum terrena illa vocavit, non quod terrena sint, sed quod perficiantur in terra, et quod si comparentur cum superna illa et ineffabili nativitate, quæ mentem omnem exsuperat, hæc terrena sint. Si ergo fieri non potest, ut sciam quo pacto renascar ex aquis, sed fide sola res illa capienda est, neque modus curiose scrutandus: quantæ fuerit hoc insanie ad investigandam cælestem unigeniti Filii generationem cogitationes humanasmittere, ac modi, quo facta sit, rationem exigere?

3. *Vetus Testamentum obscurum. Cur obscuræ erant prophetiæ.*—Satis igitur demonstratum est quo pacto sine patre ac sine matre sit unigenitus Dei Filius, et quo pacto sine genealogia secundum utramque generationem: reliquum est ut ad id quod instat redeamus, postquam sermonem de Melchisedec in

alterum diem rejecimus, ac prophetica ænigmata audituri nostram attentionem excitemus. Similes enim sunt ænigmatibus sermones prophetici, multisque difficultatibus obseptum est Vetus Testamentum, neque faciles intellectu sunt libri: Novum autem dilucidius est et facilius. Equam tandem ob causam, dicet aliquis, hæc ita sunt constituta, licet de rebus majoris momenti agatur in Novo, de regno cælorum, de resurrectione corporum, et ineffabilibus illis bonis, quæ et humanam mentem excedunt? Quid igitur in causa, ut obscuræ sint prophetiæ? Multa Judæis istæ mala prædicunt, ac fore ut ejiciantur illi, nos recipiamur, ut templum evertatur, nec amplius excitetur, ut concidant Jerosolyma, et omnibus sint pervia: tum vero Judæi errabundi, per universum orbem terrarum dispergantur, ac civitate destituti, ne veteres quidem ritus retineant, sed omnes illis res ipsorum priores auferantur, prophetiæ, sacrificia, sacerdotium, et regnum. Neque vero tantum ista, sed et alia multa ejusmodi prædicebant prophetæ, dum innumeras suis libris tragoedias immiscerent. Ne igitur ab initio Judæi manifeste hæc audientes, eos interficerent qui hæc dicebant, interpretationis difficultate prædictiones occultarunt, ac multa obscuritate rebus offusa, per eorum quæ dicebantur obscuritatem prophetarum incolumitati consuluerunt. Unde vero id constat? Rationes enim a nobis reddendæ sunt, tametsi inter amicos verba facimus: siquidem multi fortassis adsunt non amici. Discant igitur hæc etiam illi, ut et amici ipsi fiant. Dixi, si Judæi audivissent mala, quæ comprehensura illos erant, ac fore, ut propter Christum excindantur Jerosolyma in perpetuum, nec unquam amplius instaurentur, hæc si perspicue a prophetis audivissent, confestim eos, qui hæc loquebantur, occidissent. Unde igitur id liquet? Primum quidem ex ipsorum moribus: furiosi enim erant ac belluini. Populus est semper sitiens sanguinem prophetarum, manus eorum in cædibus se sanctorum exercuerant. Hæc adversus illos magnus Elias vociferatur dicens: *Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua diruerunt (3. Reg. 19. 10)*. Christus iterum, *Jerusalem, Jerusalem, quæ occidit prophetas, et lapidat eos, qui ad ipsam missi sunt (Matth. 23. 37)*. Et Isaias eosdem accusans his consonam vocem mittens ait: *Manus vestræ plene sunt sanguine (Isai. 1. 15)*. Et rursus Christus: *Patres vestri occiderunt prophetas, vos autem ipsorum ædificatis monumenta: implete mensuram patrum vestrorum (Matth. 23. 31. 32)*. Vides ut et Dominus et servi homicidas illos esse testentur? Quid est autem, *Implete mensuram patrum vestrorum?* Me quoque, inquit, occidite: adjicite servorum cædibus necem Domini. Licet enim mille occiderint homines, ac conservos omnes: cum vero contra Dominum manus extenderunt, tunc impleta mensura est: et merito. Quamdiu enim Dominum non occiderunt, spem salutis habuerunt, et ut adveniens agnus Dei peccata mundi tolleret, expectarunt (*Joan. 1. 29*): postquam autem medicum interfecerunt, et in propitiatorium ipsum contumeliosi fuerunt,

¹ Melius, ni fallor, legeretur, assentientibus etiam Savilio et Halesio, *licet nescias quomodo filium genuerit, eum genuisse confitere*. Nam hic de Patre agitur, ut paulo ante de Virgine matre. Lectio tamen altera terri posse videtur, et alioquin omnium exemplarium auctoritate asseritur, illamque probat Joannes Boisius in notis Savilianis p. 837.

ἐγεννήθη ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός; κατάσπασον αὐτοῦ τὸ φρόνημα εἰς τὴν γῆν, καὶ εἶπέ πρὸς αὐτόν· Κατάβηθι ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ δεῖξον πῶς ἐγεννήθη ἐκ τῆς παρθένου, καὶ τότε ἐκεῖνα ἐρώτα. Κάτασχε αὐτόν, καὶ περίστηθι, καὶ μὴ ἀφῆς ἀποπηδῆσαι, μηδὲ ἀναχωρῆσαι εἰς τὸν λαβύρινθον τῶν λογισμῶν· ἀλλὰ κάτασχε, καὶ ἀπόπνιξον, μὴ τῇ χειρὶ, ἀλλὰ τῷ ῥήματι· μὴ δῶς αὐτῷ διαστολὰς καὶ διαφυγὰς, ἃς βούλεται. Ἐκεῖθεν θόρυβον ἐμποιοῦσι τοῖς διαλεγόμενοις, ἐπειδὴ ἡμεῖς αὐτοῖς ἀκολουθοῦμεν, καὶ οὐκ ἄγομεν ὑπὸ τοὺς νόμους τῶν θείων Γραφῶν. Περίθες τοίνυν αὐτῷ τειχίον πάντοθεν, τὰς ἀπὸ τῶν Γραφῶν μαρτυρίας, καὶ οὐδὲ χᾶναι δυνήσεται. Εἶπέ πρὸς αὐτόν, Πῶς ἐγεννήθη ἐκ τῆς παρθένου; οὐκ ἀφίσταμαι οὐδὲ ἀναχωρῶ. Ἄλλ' οὐκ ἂν ἔχοι τὸν τρόπον εἰπεῖν, κἂν μυρία φιλονεικῆ. Ὅταν γὰρ ὁ Θεὸς ἀποκλείσῃ, τίς ἀνοίξει λοιπόν; Πίστει παραδεκτὰ τὰ τοιαῦτα μόνῃ. Εἰ δὲ οὐκ ἀνέχῃ, ἀλλὰ λογισμοὺς ἐπιζητεῖς, ἐρῶ πρὸς σέ, ὃ πρὸς τὸν Νικόδημον ὁ Χριστός· *Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε, πῶς, εἰν τὰ ἐπουράνια εἶπω, πιστεύετε;* Περὶ τῆς ἐκ παρθένου γεννήσεως εἶπον, καὶ οὐκ οἶδας, οὐδὲ χᾶναι τολμᾶς, καὶ τὸν οὐρανὸν περιεργάζῃ; Εἶθε μὲν οὖν τὸν οὐρανὸν, καὶ μὴ τὸν Δεσπότην τῶν οὐρανῶν ἐπολυπραγμόνεις. *Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε.* Οὐκ εἶπεν, οὐ πείθεσθε, ἀλλ', *Οὐ πιστεύετε, δεικνύς ἡμῖν, ὅτι καὶ τὰ ἐπίγεια πίστεως δεῖται.* Εἰ δὲ τὰ ἐπίγεια πίστεως δεῖται, πολλῷ μᾶλλον τὰ οὐράνια. Καίτοι τότε τῷ Νικόδημῳ περὶ τόκου διελέγετο πολὺ ἐλάττονος· περὶ τοῦ βαπτίσματος γὰρ ὁ λόγος ἦν, καὶ τῆς ἀναγεννήσεως τῆς πνευματικῆς· ἀλλ' ἔλεγεν, ὅτι καὶ ταῦτα πίστει ἐστὶ καταληπτὰ. Ἐπίγεια δὲ αὐτὰ ἐκάλεσεν, οὐκ ἐπειδὴ ἐπίγεια ἐστίν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν τῇ γῇ τελεῖται, καὶ τῇ συγκρίσει τῆς ἄνω γεννήσεως τῆς ἀπορρήτου καὶ πάντα ὑπερβαινούσης νοῦν, ἐπίγεια ταῦτά ἐστιν. Εἰ τοίνυν, πῶς ἀναγεννώμαι ἐκ τῶν ὑδάτων, οὐ δυνατὸν εἰδέναι, ἀλλὰ πίστει μόνῃ παραδέχεσθαι δεῖ τὸ γινόμενον, καὶ τὸν τρόπον μὴ περιεργάζεσθαι· πόσης ἂν εἴη μανίας, ἐπὶ τῆς ἄνω γεννήσεως τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ λογισμοὺς ἀνθρωπίνους κινεῖν, καὶ τρόπου γεννήσεως εὐθύνας ἀπαιτεῖν;

γ'. Πῶς μὲν οὖν ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ ὁ Μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἱκανῶς ἀποδέδεικται, καὶ πῶς ἀγενεαλόγητος ἐκατέραν τὴν γέννησιν· λοιπὸν δὲ πρὸς τὸ [172] ἐπεῖγον ἀπαγάγωμεν^a, τὸν λόγον τὸν περὶ τοῦ Μελχισεδέκ εἰς ἑτέραν ἡμέραν ἀναβαλλόμενοι, καὶ διαναστήσωμεν τὴν ἀκοήν, προφητικῶν μέλλοντες ἀκούειν αἰνιγμάτων. Αἰνίγμασι γὰρ ἔοικε τὰ προφητικά, καὶ πολλὴ δυσκολία ἐν τῇ παλαιᾷ Διαθήκῃ, καὶ δυσεπίληπτα τὰ βιβλία· ἢ δὲ Καινὴ σαφεστέρα καὶ εὐκολωτέρα. Καὶ τίνος ἕνεκεν, φησὶ, ταῦτα οὕτω διατετύπεται, καίτοι ἡ Καινὴ περὶ μειζόνων διαλέγεται πραγμάτων, περὶ βασιλείας οὐρανῶν, καὶ σωμάτων ἀναστάσεως, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν, ἃ καὶ ἀνθρώπινον ὑπερβαίνει νοῦν; Τίς οὖν ἡ αἰτία τοῦ τὰς προφητείας ἀσαφεῖς εἶναι; Πολλὰ προλέγουσιν Ἰουδαίους αὐταὶ κακά· καὶ ὅτι ἐκβληθή-

^a Savilius legendum opinatur ἐπαναχάγωμεν, sed ruto ἀπαγάγωμεν bene habere.

σονται μὲν ἐκεῖνοι, ἡμεῖς δὲ εἰσδεχθησόμεθα· καὶ ὅτι καταλυθήσεται μὲν ὁ ναὸς, καὶ οὐκέτι λοιπὸν ἀναστήσεται, πεσεῖται δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ πᾶσιν ἔσται βατὰ· Ἰουδαῖοί τε πλανῆται γενόμενοι, πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης διασπαρήσονται, καὶ τῆς πόλεως ἐκπεσόντες, οὐδὲ τὴν πολιτείαν ἔξουσι λοιπὸν τὴν ἀρχαίαν, ἀλλὰ πάντα αὐτῶν ἀφαιρεθήσεται τὰ πρότερα, καὶ προφητεῖται, καὶ θυσίαι, καὶ ἱερωσύνη, καὶ βασιλεία. Οὐ μόνον δὲ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα προέλεγον οἱ προφῆται, μυρίας τραγωδίας τοῖς οἰκείοις ἐγκαταμιγνύντες βιβλίους. Ἰν' οὖν οἱ Ἰουδαῖοι μὴ σαφῶς ἀκούσαντες παρὰ τὴν ἀρχὴν, διαχειρίσωνται τοὺς λέγοντας ταῦτα, τῇ δυσκολίᾳ τῆς ἑρμηνείας ἀπέκρυψαν τὰς προρρήσεις, καὶ πολλὴν ἀσάφειαν κατέχεαν^b τῶν πραγμάτων, τῇ ἀσαφείᾳ τῶν λεγομένων τοῖς λέγουσι παρασκευάζοντες ἀσφάλειαν. Καὶ πόθεν δῆλον τοῦτο; Δεῖ γὰρ καὶ εὐθύνας ἡμᾶς ἀπαιτεῖσθαι, εἰ καὶ ἐν φίλοις λέγομεν· καὶ γὰρ πολλοὶ Ἰσως καὶ τῶν οὐ φίλων πάρεισι. Μανθανέτωσαν τοίνυν ταῦτα κάκεινοι, ἵνα καὶ αὐτοὶ φίλοι γένωνται. Εἶπον, ὅτι εἰ ἤκουσαν οἱ Ἰουδαῖοι τὰ μέλλοντα αὐτοὺς καταλήψεσθαι κακά, καὶ ὅτι τὰ Ἱεροσόλυμα ἀλώσεται διὰ τὸν Χριστὸν τὴν ἄλωσιν ταύτην τὴν ἀθάνατον, καὶ οὐκ ἔχουσαν μεταβολὴν, εἰ ἤκουσαν φανερώς παρὰ τῶν προφητῶν ταῦτα, εὐθέως ἂν τοὺς ταῦτα λέγοντας ἀπέκτειναν. Πόθεν οὖν τοῦτο δῆλον; Πρῶτον μὲν ἀπὸ τῶν τρόπων αὐτῶν· μανικοὶ γὰρ καὶ θηριώδεις ἦσαν. Δῆμῶς ἐστὶν αἱμάτων αἰ διφῶν προφητικῶν, αἱ χεῖρες αὐτῶν ἐμελέτησαν ἐν ταῖς σφαγαῖς τῶν ἁγίων. Ταῦτα ὁ μέγας Ἥλιος αὐτῶν καταβοᾷ λέγων· *Κύριε, τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν, τὰ θυσιαστήριά σου κατέσκαψαν.* Ὁ Χριστὸς πάλιν, *Ἱερουσαλήμ, Ἱερουσαλήμ, ἡ ἀποκτείνασα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν.* Καὶ ὁ Ἡσαΐας συνοψᾷ τούτοις αὐτῶν κατηγορῶν, ἐβόα· *Αἱ χεῖρες ὑμῶν αἱμάτων πλήρεις.* Καὶ πάλιν ὁ Χριστὸς· *Οἱ πατέρες ὑμῶν ἀπέκτειναν τοὺς προφήτας, ὑμεῖς δὲ οἰκοδομεῖτε τὰ μνήματα αὐτῶν· πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν.* Ὅρᾳς πῶς καὶ ὁ Δεσπότης καὶ οἱ δοῦλοι μαιφονίαν αὐτῶν μαρτυροῦσι; *Τί δὲ ἐστὶ· Πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν;* [173] *Ἀποκτείνετε, φησὶ, κάμέ· πρόσθετε τοῖς δουλικοῖς αἱμασι τὴν δεσποτικὴν σφαγὴν.* Εἰ γὰρ μυρίου ἐσφαξαν ἀνθρώπους, ἀλλὰ συνδούλους πάντας· ὅτε δὲ κατὰ τοῦ Δεσπότης τὰς χεῖρας ἐξέτειναν, τότε ἐπληρώθη τὸ μέτρον· καὶ εἰκότως. Ἔως μὲν γὰρ οὐκ ἀπέκτειναν τὸν Δεσπότην, εἶχον ἐλπίδα σωτηρίας, καὶ προσεδόκων ὅτι ὁ ἄμνος τοῦ Θεοῦ ἐλθὼν ἀρεῖ τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· ἐπειδὴ δὲ τὸν ἱατρὸν διεχειρίσαντο, καὶ εἰς αὐτὸ τὸ ἱλαστήριον ὕβρισαν, καὶ τὸν ἐλθόντα ἀφεῖναι τὰ ἁμαρτήματα ἀπεστράφησαν, πάσης λοιπὸν ἐλπίδος ἐξέπεσον. Διὰ τοῦτο λέγει· *Πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν.* Ναί, φησὶν· ἀλλ' ὅτι μὲν μαιφόνου καὶ ἐναγεῖς, ἀποδέδεικται ἐκ πολλῶν μαρτυριῶν· πόθεν δὲ δῆλον, ὅτι τῶν προφητῶν οὐκ ἂν ἐφείσαντο, εἰ ἤκουσαν ὅτι τὰ Ἱεροσόλυμα κατα-

^b Mss. κατέχεον.

στραφήσεται, ὅτι ὁ νόμος παυθήσεται, ὅτι ἡ Παλαιὰ ἀλλαγῆσεται; Μάλιστα μὲν καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων δῆλον· πλὴν ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τῶν Γραφῶν πάλιν ποιήσομαι τὴν ἀπόδειξιν σαφεστέραν. Εἰ γὰρ ποτε ἤκουσαν προφήτου λέγοντος, ὅτι τὰ Ἱεροσόλυμα καταστραφήσεται καταστροφὴν πρόσκαιρον, δέον αὐτοὺς μεταβάλλεσθαι καὶ ἀποκρούεσθαι τοῦ Θεοῦ τὴν ὀργὴν, εἰς τὸν προφήτην ἠφίσαν τὸν θυμόν. Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθές, αὐτῶν ἀκούσατε τῶν ἱστοριῶν. Ἐπολιόρχουν τὴν πόλιν αὐτῶν οἱ Πέρσαι ποτὲ, καὶ βαρβαρικὸν στρατόπεδον ἔξω περιεκάθητο· καὶ τὰ τῶν κινδύνων οὐκ ἦν ἄδηλα, ἀλλ' ἐν μέσῃ παγίδι ἡ πόλις ἦν τότε Ἱερουσαλήμ, ὠπλισμένων ἀπάντων καὶ περιστώτων ἔξωθεν· ἀλλ' ὁμως οὕτω φανερῶν ὄντων τῶν δεινῶν, ἐπειδὴ Ἱερεμίας ἐλθὼν εἶπε πρὸς αὐτοὺς, ὅτι ἡ πόλις παραδοθήσεται εἰς χεῖρας Χαλδαίων· καίτοι τοῦτο οὐδὲ προφητεία ἦν· οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἑώρων τὰ συμβησόμενα· ἀλλ' ὁμως ἐπειδὴ τὰ φανερά καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν εἶπεν, οἱ μισροὶ καὶ ἀναίσθητοι καὶ περὶ τοὺς εὐεργέτας ἀγνώμονες οὕτως ἐμάνησαν, ὡς προδότην αὐτὸν καὶ λυμεῶνα τῆς πόλεως νομίσαι, καὶ εἰπεῖν, ὅτι Ἐκλύει τὰς χεῖρας τοῦ λαοῦ τούτου. Καὶ μὴν ἐστερέου, καὶ μὴν διήγειρε τὴν προθυμίαν αὐτῶν, καὶ πρὸς Θεὸν ἦγε, τὴν ἀρρώγῃ καὶ ἀκαταμάχητον αὐτοῖς περιτιθεὶς τεῖχος· ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἐννοήσαντες ἐκεῖνοι, ἐκέλευον αὐτὸν ἀναιρεῖσθαι. Τοιαύτας γὰρ τοῖς εὐεργέταις αἰεὶ τὰς ἀμοιβὰς ἀπεδίδοσαν, καὶ τοῦ βασιλέως συγγνώμης, οὐδὲ οὕτως ἐνέδωκαν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀνελεῖν οὐκ ἴσχυσαν, εἰς τὸν τοῦ βορβόρου λάκκον ἐνέβαλον.

δ'. Εἰ δὲ προσκαιροῦ αἰχμαλωσίας ἀκοὴν οὐκ ἠνεγκαν, πῶς τὴν πρόρρησιν τῆς διηνεκοῦς δουλείας ἔμελλον εἰσακούειν; Εἰ Ἱερεμίας εἶπεν, ὅτι Ἀπελεύσεσθε εἰς Βαβυλῶνα, καὶ οὐχ ὑπήνεγκαν· ἀκούσαι, ἀλλ' ἐτιμωρήσαντο τὸν εἰπόντα· εἰ ἤκουσαν τῶν προφητῶν εἰπόντων, ὅτι Οὐκ εἰς Βαβυλῶνα, ἀλλὰ πανταχοῦ τῆς [174] οἰκουμένης διασπαρήσεσθε, καὶ οὐκέτι λοιπὸν ἐπανήξετε, οὐκ ἂν καὶ τὸ αἶμα τῶν λεγόντων ἐξέπιον; Εἰ δὲ δοκεῖ τοῦτο ἔτι στοχασμὸς εἶναι, φανεράν ὑμῖν ἀπόδειξιν παρέχω, ὅτι οὐκ ἦν ἀσφαλές αὐτοῖς λέγειν τὰ μέλλοντα, τὴν ἡμετέραν τιμὴν λέγω, τὴν ἐκπτωσιν τὴν ἐκείνων. Στέφανον γὰρ, εἶπέ μοι, τὴν ἀπαρχὴν τῶν μαρτύρων, διὰ τί ἐλίθασαν; οὐ ταῦτα ἐγκαλοῦντες αὐτῷ καὶ λέγοντες, ὅτι Ὁ ἀνὴρ οὗτος λαλεῖ βιάσφημα ῥήματα; Εἶπε, φησὶν, ὅτι Ἰησοῦς καταλύσει τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἀλλάξει τὰ ἔθνη, ἃ παρέδωκε Μωϋσῆς, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸν ἐλίθασαν. Εἰ δὲ τότε οὐκ ἠνείχοντο ταῦτα ἀκούειν, καὶ ταῦτα τῶν πραγμάτων αὐτοὺς κειθόντων λοιπὸν, πῶς ἂν τῶν προφητῶν ἠνέσχοντο ταῦτα προαναφωγόντων; Ἦκουσας, ἀγαπητὲ, ὅτι διὰ τὸν ναὸν καὶ τὴν μετάθεσιν τῆς πολιτείας αὐτὸν ἐλίθασαν· ἀκουσον πῶς καὶ τῷ Χριστῷ τοῦτο προφέρουσιν ἔγκλημα. Εἶπε γὰρ, φησὶν, οὗτος· Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Εἶδες γὰρ πανταχοῦ ἡ κατάλυσις τοῦ ναοῦ, καὶ ἡ μετά-

θεσις τῆς πολιτείας τὴν ὀργὴν αὐτοῖς ἐνεποιεῖ; Διὰ τοῦτο ἔλεγον μὲν οἱ προφῆται ταῦτα, οὐκ ἔλεγον δὲ φανερώς. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλον ἐβούλοντο ἀνελεῖν, ὅτι ἐπειθεν αὐτοὺς μετατίθεσθαι ἀπὸ τῆς πολιτείας Πόθῃν τοῦτο δῆλον; Θεωρεῖς, φησὶν, ἀδελφέ, πόσαι μυριάδες εἰσὶν Ἰουδαίων τῶν πεπιστευκότων, καὶ οὗτοι πάντες κατήχνηται περὶ σοῦ, ὅτι ἀποστασίαν τοῦ νόμου διδάσκεις. Οἱ πιστοὶ οὐκ ἠνείχοντο διδάσκεσθαι ἀποστασίαν τοῦ νόμου· καὶ οἱ οὐδέπω πιστεύσαντες πῶς ἂν ἠνέσχοντο ἀκοῦσαι, ὅτι παυθήσεται ὁ νόμος ποτέ; Ὅτι μὲν οὖν τοὺς προφήτας ἀπέκτειναν ἂν οἱ Ἰουδαῖοι, εἴ τι τοιοῦτον σαφῶς προεῖπον, ἐδείξαμεν ἀπὸ τῶν μαρτυριῶν, ἀπὸ τε τοῦ μακαρίου Ἱερεμίου, καὶ τοῦ πρωτομάρτυρος Στεφάνου, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ ἀποστόλου Παύλου. Πᾶσι γὰρ τὰ αὐτὰ ἐγκαλοῦντες, οὕτως αὐτοὺς ἀνεῖλον. Ὅτι δὲ καὶ αὐτὰ τὰ βιβλία κατέκαυσαν ἂν τὰ προφητικά, εἰ συνείδον τὰ λεγομένα, καὶ τοῦτο παραστῆσαι πειράσομαι ἀπὸ τίνος ἱστορίας, κεκρυμμένης μὲν ὑμῖν, δῆλης δὲ ἐσομένης αὐτίκα δὴ μάλα· οὕτω γὰρ αὐτὴν ἀπαγγεῖλαι πειράσομαι. Τίς οὖν ἡ ἱστορία, ἀκούσατε.

Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει Ἰωακείμ υἱοῦ Ἰωσίου βασιλέως Ἰούδα, εἶπε Κύριος πρὸς Ἱερεμίαν· Γράψον πάντα τοὺς λόγους, οὓς ἐχηρημάτισα πρὸς σέ ἀπὸ τῆς ἡμέρας Ἰωσίου, ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης· τουτέστι, πάντα τὰ κακὰ, ἃ λογίζομαι ποιῆσαι αὐτοῖς. Ὅρα τί φιλόανθρωπος ὁ Θεὸς καὶ κηδεμονικός. Ἐπειδὴ γὰρ κατὰ μέρος ἀκοῦσαι οὐκ ἠνείχοντο, Συνάγαγε, φησὶν, αὐτὰ πάντα, καὶ αὐξησον τὸν φόβον, ἵνα κἂν οὕτω βελτίους γένωνται. Μνημονεύετε τῆς ὑποσχέσεως· τὸ ζητούμενον ἡμῖν δεῖξαι, ὅτι καὶ τὰ βιβλία ἂν αὐτὰ κατέκοψαν, εἰ ἐνόησαν τὰ σήμερον ἐκδάντα πάντα. Ἰσως ἀκούσονται κακὰ (δεῖ γὰρ ἔχεσθαι τῆς ἱστορίας), ἃ λογίζομαι ποιῆσαι αὐτοῖς, καὶ ἀποστραφήσονται ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτῶν τῆς πονηρᾶς. Ἰσως, ὁ Θεὸς λέγει; ἀγνοεῖ, [175] εἶπέ μοι, τὰ ἐσόμενα; οὐκ οἶδεν εἰ ἀκούσονται, ὁ εἰδὼς πάντα πρὶν γενέσεως, ὁ ἐτάζων καρδίας καὶ νεφρούς, ὁ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν; ἢ πάντα γυμνά καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ; Τίνος δὲ ἕνεκεν ἔλεγον, Ἰσως ἀκούσονται; Καὶ γὰρ καὶ ταῦτα ἀναγκαῖον ὑμᾶς μανθάνειν, διὰ τοὺς ἐγκαλοῦντας ἀγνοίαν τῷ Μονογενεῖ. Ἴδου γὰρ καὶ ὁ Πατήρ ἀγνοοῦντος φθέγγεται ῥήματα· τὸ γὰρ, Ἰσως, ἀγνοοῦντός ἐστιν· ἀλλ' οὐκ ἀγνοεῖ. Ὅποταν οὖν καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἢ ἀκούσης τι τοιοῦτον λέγοντος, τὴν αὐτὴν κατάδεξαι ψῆφον. Υἱὸς γὰρ ὢν, πανταχοῦ τὸν Πατέρα μιμεῖται.

Ἄλλ' οἱ μὲν τῶν ἀγώνων καιροὶ τούτων ἀναμενέτωσαν, ἵνα μὴ τῆς προκειμένης ὑποθέσεως ἐκπέσωμεν· εἴπωμεν δὲ, τίνος ἕνεκεν λέγει, Ἰσως ἀκούσονται. Εἰ εἶπεν, ὅτι ἀκούσονται, χωρὶς τοῦ Ἰσως, ψευδὲς ἦν· οὐ γὰρ ἔμελλον ἀκούεσθαι. Εἰ εἶπε τὸ ἀληθές, ὅτι οὐκ ἀκούσονται, περιττῶς ἔπεμπε τὸν προφήτην τοῖς οὐκ ἀκουσομένοις. Καὶ οὐ διὰ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἵνα μὴ ἡ πρόγνωσις αὐτοῦ νομισθεῖ ἀναγκαστικὴ τις εἶναι τῆς παρακοῆς, διὰ τοῦτο ἐπαμ-

^b Sic Reg. melius quam alii, qui habent ἵνα καὶ οὕτως.

^c Alii omnes παρὰ τοῦ. Morel. περὶ τοῦ Υἱοῦ. At Fronto Duceus παρὰ τοῦ legit.

eumque qui venerat, ut peccata dimitteret, aversati sunt, omni spe deinceps exciderunt. Propterea dicit: *Implete mensuram patrum vestrorum*. Certe, inquit: et multis quidem ostensum est testimoniis, homicidas illos ac nefarios fuisse: unde vero constat illos prophetis minime parcituros, si Jerosolyma eversum iri audivissent, et cessaturam legem, ac fore ut Vetus Testamentum immutetur? Id quidem ex iis, quæ dicta sunt, maxime apparet: verumtamen ex ipsis Scripturis manifestiorem subjiciam demonstrationem. Nam si quando prophetam dicentem audierunt, fore ut Jerusalem temporario excidio excinderetur, cum illos mutare mentem oportuisset et iram Dei depellere, in prophetam furorem effuderunt. Atque hoc verum esse, ex historiis ipsis intelligetis. Obsidebant aliquando civitatem ipsorum Persæ, atque ipsam foris barbaricus exercitus circumvallabat: nec obscurum erat periculum quod imminebat, sed in mediis tum laqueis urbs Jerusalem, armatis omnibus et illam foris circumsidentibus, versabatur: attamen cum tam certa mala eos premerent, quoniam progressus in medium dixit illis Jeremias, fore ut in manus Chaldæorum civitas traderetur; tametsi neque prophetia fuit hoc, cum ipsorum oculi quæ eventura essent intuerentur; quia tamen ea quæ manifesta erant, et eorum oculis observabantur dicebat, scelesti illi ac stupidi, et erga benefactores ingrati sic insanierunt, ut proditorem illum et eversorem arbitrarentur, ac dicerent: *Hic dissolvit manus populi hujus* (Jer. 38. 4). Attamen confirmabat, attamen ipsorum alacritatem excitabat, et ad Deum ducebat, eosque invicto et inexpugnabili muro circumvallabat: sed illi nihil horum intelligentes, interfici eum jubebant. Talia quippe bene de se meritis præmia semper rependebant, et cum rex ignovisset, ne sic quidem cesserunt, sed quoniam necare non poterant, in luti lacum projece-

4. Quod si temporariæ captivitatis mentionem fieri non tulerunt, quo tandem pacto perpetuæ servitutis prædictionem audituri fuissent? Si cum dixisset Jeremias, In Babylonem abibitis, neque potuerunt audire, sed eum qui dixerat punierunt: si prophetas audiissent dicentes, fore ut non in Babylonem, sed quoque versum per orbem terrarum dispergamini, nec amplius revertamini, nonne talia dicentium sanguinem ebibissent? Quod si vobis istud adhuc conjectura videtur esse, demonstratione clara probabo, non tantum fuisse futura illis denuntiare, nostrum, inquam, honorem et reprobationem illorum. Cur enim, quæso, Stephanum primitias martyrum lapidarunt? nonne quod hoc illi crimini verterent dicerentque, *Vir iste loquitur verba blasphemie? Dixit, aiunt, quoniam Jesus destruet templum istud, et mutabit ritus, quos tradidit Moyses* (Act. 6. 11. 14), atque idcirco illum lapidibus obruerunt. Si tum hæc audire non potuerunt, idque cum res ipsæ fidem ipsis deinceps facerent, quomodo prophetas hæc prænuntiantes tulissent? Audivisti, dilectissime, propter templum, et propter religionis mutationem ab illis eum fuisse lapidatum:

audi, quo pacto Christo etiam istud ipsum crimen objiciant. *Dixit enim, inquit, iste: Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud* (Matth. 26. 61; Joan. 2. 19). Vides ubique templi destructionem, ac religionis mutationem bilem illis movisse? Ideo dicebant hoc quidem prophetæ, sed evidenter non dicebant. Ideo Paulum etiam interficere voluerunt, quod illis persuaderet ut religionem mutarent. Unde hoc liquet? *Vides, frater, inquit, quot millia sunt in Judæis, qui crediderunt, et omnes isti audierunt de te, quod discessionem doceas a lege* (Act. 21. 20). Fideles doceri se discessionem a lege non patiebantur; et qui nondum crediderant, quomodo audire potuissent fore, ut lex aliquando cessaret? Ac Judæos quidem interfecturos fuisse prophetas, si quid tale manifeste prædixissent, testimoniis allatis ostendimus, ex ipso beato Jeremia, ac protomartyre Stephano, ex ipso Christo, et apostolo Paulo. Omnibus enim eadem crimini dantes, eos de medio sustulerunt. Ipsos autem propheticos etiam libros combusturos eos fuisse, si quæ dicta fuerant cognovissent, hoc quoque per historiam quamdam probare satagam vobis occultam, sed quæ manifesta continuo fiet: ita conabor illam exponere. Quænam igitur illa historia sit, audite.

Historia de Jeremia. — *Et factum est in anno quarto Joacim filii Josiæ regis Juda, dixit Dominus ad Jeremiam: Scribe omnia verba, quæ loquutus sum ad te, a diebus Josiæ usque ad diem hanc* (Jer. 36. 1. 2): hoc est, omnia mala quæ cogito facere eis. Vide, quid benignus ac providus dicat Deus. Nam quoniam singula nolebant audire, Collige, inquit, illa omnia, ac metum auge, ut vel hac ratione respiscant. Reordamini promissi nostri: in quæstione positum est, ut ostendamus eos libros ipsos laceraturos fuisse, si cuncta quæ hodie contigerunt, illis in mentem venissent. *Forte audient mala* (adharendum enim est historiæ), *quæ cogito facere eis, et avertentur a via sua prava* (Ibid. v. 3). *Forte, dicit Deus? num igitur, quæso, futura ignorat? non novit an audituri sint, is qui novit omnia antequam fiant, qui corda scrutatur et renes, qui discretor est cogitationum et mentium, cujus oculis nuda et aperta sunt omnia? Cur autem dixit, Forte audient? Nam et hæc operæ pretium fuerit vos didicisse, propter eos qui unigenito Dei Filio ignorantiam objiciunt. Ecce enim Pater quoque ignorantis verbis utitur: siquidem, Forte, vox est ignorantis: verumtamen nequaquam ignorat. Quando igitur et Filium tale quid dicentem audiveris, eandem sententiam suscipe. Nam cum Filius sit, ubique Patrem imitatur.*

Præscientia non est causa peccati. — Sed differamus tantisper has concertationum occasiones, ne a proposito argumento discedamus: quæramus cur dicat, *Forte audient*. Si dixisset, *Audient*, absque *Forte*, falsum fuisset: non enim erant audituri. Si verum dixisset, *Non audient*, frustra non audituris prophetam misisset. Neque idcirco tantum, sed ne vim ac necessitatem aliquam ad non parendum afferre ipsius præscientia putaretur, propterea cum dubitatione

quadam hæc verba protulit, ne forte dicerent aliqui, Prædixit Deus, et omnino evenire oportebat : quod de Juda solent dicere. Prædixit, inquiunt, eum proditorem futurum, et ideo proditor factus est. O dementiam ! o impudentiam ! Neque enim præscientia malitiæ causa fuit, mi homo : absit. Non enim rebus futuris affert necessitatem, sed prævidet tantum. Non quia prædixit Christus, factus est proditor ille ; sed quia proditor futurus erat, Christus ideo prædixit. Ne igitur hic etiam dicant eum non audituros illos dixisse, ac pœnitentiæ viam illis præclusisse, prævenit, atque omnem occasionem illis præripuit, dum prophetæ dixit. *Forte audient.*

5. Recordamini promissi : nam ideo assidue vobis in memoriam illud revoco, ne cum solutionem attulero, quæstionis initio disputationis propositæ sitis immemores. Quodnam igitur illud fuit ? Si scivissent Judæi eventura illis fuisse mala, quæ comprehenderunt illos (hæc, inquam, mala quæ nunc eos detinent), ipsos libros dilacerassent, neque sacris literis pepercissent. Sed ad historiam redeamus. *His auditis vocat Jeremias discipulum suum Baruch filium Nerie, et ait illi : Scribe in libro mala omnia, quæ illis eventura sunt (Jer. 36. 4).* Quid hoc rei est ? tibi a Deo mandatum est, et discipulum mittis ? num refugis præ timore ? num vereris ? num reformidas ? si tu reformidas, quo pacto discipulus audebit ? At nihil horum est ; additur enim causa : nam cum dixisset, *Scribe ac lege, subjunxit : Ego enim detineor in carcere (Ibid. v. 5).* O magnanimitatem ! In vinculis erat, et a prophetia non abstinebat. Attendamus justi fortitudinem, ejusque animi philosophiam. Non dixit apud se : Tam multa mihi propter hanc loquendi libertatem mala contigerunt : innumera profudi verba, nec quidquam profeci, neque lucri mihi fuit aliud, quam ut in vincula conjicerer : necdum me Deus a vinculis liberavit, et me rursus ad illas belluas mittit ? Nihil horum aut dixit, aut cogitavit ; sed id unum spectabat, ut Domini præceptum perficeret : et quoniam per seipsum non poterat, per discipulum illud implevit. *Lege namque illis, inquit, et dic omnia mala. Ego enim detineor in carcere (Ibid. v. 6).* Et dicebat Jeremias, et Baruch scribebat in libro. Jejunii tempus fuit, cum hæc fierent : festum instabat, quod ad metropolim omnes vocabat : communes quippe conventus agi oportuit, quandoquidem de necessariis rebus deliberandum in comitiis fuit. *Ingressus est ad principes Baruch, et legit in auribus principum omnia verba hæc (Ibid. v. 14. 15) : et causam etiam dixit : Fortasse namque, inquit, cadet misericordia vestra ante faciem Domini (Ibid. v. 7) : ne existimarent eum tamquam accusatorem hæc dicere, sed ut cum ad eos sanandos venisse ipsum intellexissent, æquiores ac benigniores redderentur. Quid ergo illi ? Cum gratias agere oportuisset, cum eum laudare, cum efferre, nihil horum agunt, sed abeuntes annuntiaverunt regi quæ scripta erant in libro, et deposuerunt librum in domo Elisama (Ibid. v. 20). Et cum misisset, inquit, rex Juden, unum ex apparitoribus suis, librum jussit*

afferri. Et sedebat rex in domo hiemali (Jer. 36. 21. 22) : mensis quippe nonus erat, hoc est November (a), et nonum appellat a Martio numerando : nam et hoc diligenter observandum est. Si enim a Septembri numerasset, hiems tum temporis esse non debuisset. Cur igitur hoc etiam adjungitur ? ex iis quæ sequuntur aperte cognosces. Et focus ignis ante illum : carbones, inquit, quoniam frigus erat. Videtis ut nihil a Scriptura sacra omittatur ? Et carbones ignis ante ipsum : et circumstiebant eum satrapæ : allatus est liber innumeris redundans bonis (malorum quippe prophetia malorum erat propulsatio), et legebatur. Memores mihi, quæso, estote promissi. Et cum legisset ille tres pagellas, sumpto scapello scidit, et in focum ignis projecit, donec totum volumen defecit (Ibid. v. 23). Vides, ut ne libris quidem parcant ? ut ne a literis quidem sacris abstineant ? Quoniam captivitatem Jerusalem continebat, eum conscidit : et cum prophetam non invenisset, in literas iram effudit. Qui ergo res inanimatas ita persequitur, si anima præditum invenisset, quid non fecisset ? Nam quemadmodum sævæ bellæ, cum eos arripuerint, qui cum ipsis decertant, et illi deinde relictis in ore belluarum pellibus, quibus amiciuntur, aufugerint, illas deinde discerpunt dentibus, ut ita furorem suum expleant : ita nimirum et rex fecit. Non offendit eum, qui librum tenebat, et librum conscidit : neque conscidit solum, sed et in focum ignis injecit, ut ne reliquæ quidem ex literis illis restarent. Sed nondum omnem ejus amentiam perspectam habetis : probe vero scietis, si narrationi diligenter attenderitis. Non enim dixit eum toto lecto libro deinde ipsum exussisse : quinimo, *Cum tres quatuorve pagellas legisset, ipsum conscidit.* Ne ipsum quidem lectionis finem exspectavit, sed ab ipso procemio confestim exasperatus est. Propterea tutum non erat prophetis futura omnia mala Judæis aperte dicere. Nam si captivitatem ad tempus futuram audire minime potuit, quomodo perpetuam discere sustinisset ? Neque contentus hoc fuit rex : sed misit, inquit, ad quærendum ubique prophetam, sed non invenit eum : occultavit enim illum Deus (Ibid. v. 26). Illum quidem tum loco, cæteros autem prophetas eorum obscuritate quæ dicebantur occultavit.

6. Neque vero tantum ex his nobis liquebit, apud Judæos audax illud facinus exstitisse, animique periculis temere sese objicientis, eventurum gentibus ho-

(a) Hæ voces, *hoc est november*, desunt in Mss. Ibid. Reg., *Xanthicus Martius et primus*. Ibid. Colb., *Si enim a Novembri numerasset*. Ut autem intelligatur clarius quid hic sibi velit Chrysostomus : Hæc gesta sunt, inquit Jeremias, mense nono, tuncque rex sedebat in domo hiemali et ante focum, frigoris scilicet depellendi causa. Cum autem nonus mensis a Dio, qui primus erat secundum Macedonicum numerandi ritum Antiochiæ receptum, numeraretur, a Dio, cujus pars Septembri, pars Octobri respondet, nonus mensis incidit in Maium et Junium ; atqui hi menses non in tempus hibernum incidunt ; quare aliud mensium initium proponit Chrysostomus ; nempe Xanthicum, qui mensis respondet partim Februario, partim Martio, ita ut maxima pars ejus in Martium incidat, sicque nonus mensis a Xanthico in Novembrem incidet, ut hic dicitur. Incogitanter autem hic Διοῦ Januarii verterat Fronto Duçæus. Hinc autem confirmatur id quod vulgo statuitur, Antiochenos nempe Macedonicis mensibus usos fuisse. Vide Usserium de Anno Macedonico et solari.

φιθόλως τέθεικε τὰ ῥήματα, ἵνα μὴ λέγωσί τινες, ὅτι προεῖπεν ὁ Θεός, καὶ πάντως ἔδει γενέσθαι· ὁ καὶ περὶ τοῦ Ἰούδα λέγουσι. Προεῖπε, φησὶν, ὅτι προδότης ἔσται, καὶ διὰ τοῦτο προδότης ἐγένετο. Ὡς τῆς ἀνοίας, ὡς τῆς ἀναισχυντίας. Οὐδὲ γὰρ ἡ πρόγνωσις, ἀνθρωπε, τῆς πονηρίας αἰτία· μὴ γένοιτο. Οὐ γὰρ ἔστιν ἀναγκαστικὴ τῶν μελλόντων ἔσσεσθαι, ἀλλὰ προγνωστικὴ μόνον. Οὐκ ἐπειδὴ προεῖπεν ὁ Χριστός, διὰ τοῦτο ἐγένετο ἐκαίνοσ προδότης· ἀλλ' ἐπειδὴ προδότης ἔμελλε γενέσθαι, διὰ τοῦτο προεῖπεν ὁ Χριστός. Ἴνα οὖν μὴ καὶ ἐνταῦθα λέγωσιν, ὅτι εἶπεν ὅτι οὐκ ἀκούονται, καὶ ἀπέκλεισεν αὐτοῖς τῆς μετανοίας τὴν ὁδόν, προλαβὼν ἀνέσπασεν αὐτῶν τὴν πρόφασιν, εἰπὼν τῷ προφήτῃ, *Ἴσως ἀκούονται.*

ε'. Μνημονεύετε τῆς ὑποσχέσεως· διὰ γὰρ τοῦτο συνεχῶς ὑμᾶς ὑπομιμνήσκω, ἵν' ὅταν ἐπαγάγω τὸ συμπέρασμα, μὴ ἐπιλάβησθε τοῦ ζητηθέντος ἡμῖν ἐν ἀρχῇ κεφαλαίου^a. Τί δὲ ἦν τοῦτο; Ὅτι εἰ ἤσθοντο οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι ἔμελλεν αὐτοῖς συμβῆσεσθαι τὰ κατειληφόμενα αὐτοῖς δεινὰ (ταῦτα δὲ λέγω τὰ νῦν κατέχοντα αὐτοῖς), αὐτὰ τὰ βιβλία ἂν κατέκοψαν, καὶ οὐκ ἂν ἐφείσαντο οὐδὲ τῶν θείων γραμμάτων. Ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἱστορίαν ἔλθωμεν. *Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἰερεμίας, καλεῖ τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Βαρούχ υἱὸν Νηριου, καὶ λέγει πρὸς αὐτόν· Γράψον εἰς βιβλίον πάντα τὰ μέλλοντα αὐτοῖς ἔσσεσθαι δεινὰ. Τί γέγονε; σὺ ἐπετάγης παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν μαθητὴν πέμπεις; ἄρα μὴ δειλιάς; ἄρα μὴ ἀγωνιάς; ἄρα μὴ δέδοικας; εἰ σὺ δέδοικας, πῶς ὁ μαθητὴς τολμήσει; Ἀλλ' οὐδὲν τούτων· πρόσκειται γὰρ ἡ αἰτία· εἰπὼν γὰρ, Γράψον καὶ ἀνάγνωθι, ἐπήγαγεν· Ἐγὼ γὰρ κατέχομαι ἐν τῇ φυλακῇ. Ὡς μεγαλοφυχίας. Ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἦν, καὶ τῆς προφητείας οὐκ ἀφίστατο. Προσέχωμεν τῇ ἀνδρείᾳ τοῦ δικαίου, καὶ τῇ τῆς διανοίας φιλοσοφίᾳ. Οὐκ [176] εἶπε πρὸς ἑαυτόν· Τοσαῦτά μοι δεινὰ συμβέβηκε διὰ τὴν παρόρησιαν ταύτην· μυρίους ἀνήλωσα λόγους, καὶ οὐδὲν ὠνησα, οὐδὲ ἐγένετό μοι τι πλεόν, ἀλλ' ἦ τὸ δεδέσθαι μόνον· καὶ οὐπω μετῶν δεσμῶν ἀπέλευσεν ὁ Θεός, καὶ πάλιν πέμπει με πρὸς τοὺς θῆρας ἐκείνους; Οὐδὲν τούτων οὐκ εἶπεν, οὐδὲ ἐνενόησεν· ἀλλ' ἐν μόνον ἐσκόπει, ὅπως ἀνυσθῆ τὸ ἐπίταγμα τοῦ Δεσπότη· καὶ ἐπεὶ δι' ἑαυτοῦ οὐκ ἴσχυσε, διὰ τοῦ μαθητοῦ κατεσκευάσεν αὐτό. Ἀνάγνωθι γὰρ, φησὶν, αὐτοῖς, καὶ εἰπέ πάντα τὰ κακά. Ἐγὼ γὰρ κατέχομαι ἐν τῇ φυλακῇ. Καὶ ἔλεγεν Ἰερεμίας, καὶ ἔγραφεν ὁ Βαρούχ ἐν βιβλίῳ. Νηστείας καιρὸς ἦν, ὅτε ταῦτα ἐγένετο· ἑορτὴ ἐφειστήκει, πάντας καλοῦσα πρὸς τὴν μητρόπολιν· ἔδει γὰρ κοινῶν γενέσθαι τὸν σύλλογον, ἐπειδὴ περὶ ἀναγκαίων πραγμάτων ἔμελλεν ἡ ἐκκλησία ἔσσεσθαι. *Εἰσηλθε πρὸς τοὺς ἄρχοντας ὁ Βαρούχ, καὶ ἀνέγνω εἰς τὰ ὦτα τῶν ἀρχόντων πάντας τοὺς λόγους τούτους· καὶ εἶπε καὶ τὴν αἰτίαν· Ἴσως γὰρ, φησὶ, πεισῖται τὸ ἔλεος ὑμῶν ἐνώπιον Κυρίου· ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι ὡς κατήγορος ἔλεγεν, ἀλλὰ μαθόντες ὅτι θεραπεῦσαι αὐτοῖς ἀφίχται, ἐπιεικέστεροι γένωνται. Τί οὖν ἐκεῖνοι; Δέον χάριτας ὁμολογῆσαι, δέον ἐκαινέσαι, δέον θαυμάσαι, οὐδὲν τούτων ποιῶσιν,**

^a In Colb. κεφαλαίου deest.

ἀλλ' ἀπελθόντες ἀνήγγειλαν τῷ βασιλεῖ τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ βιβλίῳ, καὶ τὸ βιβλίον ἀπέθεντο ἐν τῷ οἴκῳ Ἐλισαμᾶ. Καὶ πέμψας, φησὶν, ὁ βασιλεὺς τὸν Ἰουδῆν^b, ἵνα τινὰ τῶν παρεστηκότων αὐτῷ, ἐκέλευσε κομισθῆναι τὸ βιβλίον. Καὶ ἐκάθητο ὁ βασιλεὺς ἐν οἴκῳ χειμερινῷ· μὴν γὰρ ἔννατος ἦν^c, τουτέστι Νοέμβριος· ἔννατον ἀπὸ τοῦ Ξανθικοῦ ἀριθμῶν λέγει· δεῖ γὰρ καὶ ταῦτα ἀκριβῶς εἰδέσθαι. Εἰ γὰρ ἀπὸ τοῦ Δίου ἠρίθμει, οὐκ ἔμελλεν ἔσσεσθαι τότε χειμῶν. Τίνος οὖν ἔνεκεν καὶ τοῦτο πρόσκειται; Ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα εἴση σαφῶς. *Καὶ ἐσχάρα πυρὸς ἔμπροσθεν αὐτοῦ· ἀνθρακιά, φησὶ, διότι φύχος ἦν. Ὅρατε πῶς οὐδὲν παραλιμπάνεται τῇ θεῇ Γραφῇ; Καὶ ἀνθρακιά πυρὸς ἔμπροσθεν αὐτοῦ· καὶ περιεστήκεισαν οἱ σατράπαι· ἐκομίσθη τὸ βιβλίον μυρίων γέμον καλῶν (ἡ γὰρ τῶν κακῶν προφητεία κακῶν ἀναίρεσις ἦν), καὶ ἀνεγινώσκετο. Μνημονεύετέ μοι, παρακαλῶ, τῆς ὑπασχέσεως. Καὶ ἐν τῷ ἀναγινώσκειν αὐτὸν τρεῖς σελίδας, λαβὼν τὴν σμίλην ἔκοψεν, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν ἐσχάραν τοῦ πυρὸς, ἕως ἐξέλιπε τὸ βιβλίον ἅπαν. Εἶδες πῶς οὐ φείδονται οὐδὲ τῶν βιβλίων; πῶς οὐδὲ τῶν γραμμάτων τῶν θείων ἀπέχονται; Ἐπειδὴ αἰχμαλωσίαν εἶχε τῆς Ἱερουσαλήμ, κατέκοψε· καὶ οὐχ εὐρὼν τὸν προφήτην, εἰς τὰ γράμματα τὴν ὀργὴν ἀφήκεν. Ὁ τοίνυν τοῖς ἀψύχοις οὕτω πολεμῶν, εἰ τὸν ψυχὴν ἔχοντα εὔρε, τί οὐκ ἂν εἰργάσατο; Καθάπερ γὰρ τὰ χαλεπὰ τῶν θηρίων, ἐπειδὴ ἐπιλάβονται τῶν πυκτευτόνων αὐτοῖς, εἶτα ἐκεῖνοι διαφύγωσι καταλιπόντες [177] ἐν τῷ στόματι τῶν θηρίων ἃ περιέκινται δέρματα, λοιπὸν αὐτὰ περιτρώγουσι παραμυθούμενα τὸν θυμὸν· οὕτω δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς ἐποίησεν. Οὐχ εὔρε τὸν ἔχοντα τὸ βιβλίον, καὶ αὐτὸ τὸ βιβλίον κατέκοψε· καὶ οὐ κατέκοψε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐνέβαλεν εἰς τὴν ἐσχάραν τοῦ πυρὸς, ἵνα μηδὲ λείψανον μείνη τῶν γραμμάτων ἐκεῖνων. Ἀλλ' οὐδέπω πᾶσαν ἔγνωτε αὐτοῦ τὴν μανίαν· εἴσεσθε δὲ σαφῶς, ἐὰν μετὰ ἀκριβείας τῷ διηγήματι προσέχητε. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἀναγνοὺς τὸ βιβλίον ἅπαν, οὕτως ἔκαυσε· ἀλλ' Ἐν τῷ ἀναγινώσκειν αὐτὸν τρεῖς σελίδας ἢ τέσσαρας, ἐξέτεμεν αὐτό. Οὐκ ἀνέμεινε οὐδὲ τὸ τέλος τῆς ἀναγνώσεως, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τῶν προοιμίων εὐθέως ἐξηγγριώθη. Διὰ ταῦτα οὐκ ἦν ἀσφαλὲς τοῖς προφήταις Ἰουδαίοις λέγειν μετὰ σαφηνείας πάντα τὰ ἐσόμενα δεινὰ. Εἰ γὰρ πρόσκαιρον οὐκ ἠνεγκεν αἰχμαλωσίαν ἀκοῦσαι, τὴν διηγετικὴν πῶς ἂν ὑπέμεινε μαθεῖν; Καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου ἔστη ὁ βασιλεὺς· ἀλλ' ἐπεμψε, φησὶ, ζητεῖν πανταχοῦ τὸν προφήτην, ἀλλ' οὐχ εὔρεν αὐτόν· ἔκρυψε γὰρ αὐτόν ὁ Θεός. Ἐκεῖνον μὲν τότε ἔκρυψε, τοὺς δὲ ἄλλους προφήτας τῇ ἀσαφείᾳ τῶν λεγομένων.*

ς'. Οὐκ ἀπὸ τούτων δὲ μόνον ἡμῖν ἔσται φανερόν, ὅτι τολμηρὸν ἦν παρὰ Ἰουδαίοις καὶ ψυχῆς ῥιψοκινδύνου, τὴν ἐσομένην τοῖς ἔθνεσι τιμὴν καὶ δόξαν, καὶ τὴν διαδεξομένην ἐκείνους ἀτιμίαν λέγειν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν Παύλου ῥημάτων. Οὗτος γοῦν ἰδὼν τινα προφήτην μικρὸν παρανοήσαντά τι τῆς προῤῥήσεως ταύτης, καὶ σφέστερον τῶν ἄλλων εἰπόντα, καὶ τὰ ἡμέτερα

^b Colb. τὸν Ἰουδαίμ.

^c Hæc, τουτέστι Νοέμβριος, desunt in ms. Ibid. Reg. Ξανθικὸς ὁ Μάρτιος καὶ πρῶτος, ei paulo post ad vocem Δίου in marg. Δίος ὁ Ὀκτώβριος. Ibid. Colb. εἰ γὰρ ἀπὸ τοῦ Νοεμβρίου ἠρίθμει. *Vitiesis quæ ad interpretationem Luitnam notata sunt.* Edit.

ἀγαθὰ, καὶ τὰ ἐκείνων κακὰ, ἐξεπλάγη καὶ ἐθαύμασε τῆς τόλμης αὐτῶν, οὕτως εἰπὼν· Ἡσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ, καὶ λέγει· Εὐρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, ἐμφανῆς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν. Εἶπον, Ἰδοὺ εἰμι, τῷ ἔθνει, οἳ οὐκ ἄλυσάν τὸ δνομά μου. Καίτοι, εἰ μὴ κίνδυνος ἐκ τῆς προρρήσεως ἠκολούθει, τίνας ἔνεκεν εἶπε Παῦλος, Ἡσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ, καὶ λέγει· Εὐρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν; Μεγίστη ἄντως κατηγορία Ἰουδαίων. Οἱ μὴ ζητοῦντες εὖρον, καὶ οἱ ζητοῦντες ἀπέτυχον· οἱ μὴ ἀκούσαντες ἐπίστευσαν, καὶ οἱ ἀκούσαντες ἐσταύρωσαν. Διὰ ταῦτα τολμητὴν ἐκάλεσε τὸν Ἡσαΐαν. Καὶ γὰρ ὄντως μεγίστης τόλμης ἦν, ἐν μέσῳ τῶν κατηγορουμένων ἐστῶτα, ἀφειδῶς ποιεῖσθαι τὰς κατηγορίας, καὶ ἐκείνους μὲν τῆς τιμῆς φανερώς ἐκβάλλειν διὰ τῆς προφητείας, ἑτέρους δὲ εἰσάγειν εἰς τὴν ὀφειλομένην ἐκείνοις δόξαν. Τὸ δικαστήριον τῶν ἀκουόντων κατηγοροῦς εἶχε πάντας. Τίς δὲ ἐν δικασταῖς ἐχθροῖς διαφεύγειν δύναται κίνδυνον; Διὰ τοῦτο, φησὶν, Ἀποτολμᾷ καὶ λέγει.

Ἄλλ' ἔτι τοῦτο ὑμῖν σαφέστερον ἀποδείξαι βούλομαι. Διὰ τοῦτο περὶ Ἰουδαίων καὶ ἡμῶν ἀσαφῶς ἐν ταῖς Γραφαῖς εἴρηται, ἵνα μὴ πρὸ καιροῦ συνῶσι τῶν λεγομένων Ἰουδαῖοι. [178] Καὶ τούτου παράγω μάρτυρα τὸν μεγαλοφρονότατον Παῦλον, τὸν ἄνωθεν φθειγόμενον, τὴν σάλπιγγα τῶν οὐρανῶν, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, τὸν νυμφαγωγὸν τοῦ Χριστοῦ. Ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς, φησὶν, ἐντὶ ἀνδρὶ παρθένον ἀγνήν παραστήσαι τῷ Χριστῷ. Τοῦτον ὑμῖν παράγω μάρτυρα φανερώς λέγοντα, ὅτι διὰ τοῦτο συνεσχίασται τινα τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ, οὐχὶ πάντα. Εἰ γὰρ πάντα ἀσαφῆ ἔμελλεν εἶναι, περιττῶς εἴρητο τοῖς τότε. Αἱ γὰρ προφητεῖαι ἔχουσι καὶ πολέμους προσκαίρους τοὺς τότε, καὶ λοιμούς, καὶ λιμούς· ἔχουσι δὲ καὶ τὰ σήμερον ἐκθάντα, τῆς Ἐκκλησίας τὴν κλήσιν, τῆς συναγωγῆς τὴν ἀποβολήν, τοῦ νόμου τὴν κατάργησιν. Ταῦτα δὲ οὐκ ἐβούλετο αὐτοὺς εἰδέναί· ἐκεῖνα δὲ ἤθελε τὰ ἐν τοῖς καιροῖς συμβαίνοντα τοῖς αὐτῶν. Καὶ τοῦτο αὐτὸ ἀποδείξαι πειράσομαι· ὅτι ταῦτα μόνον ἀσαφῆ ἐποίησε γενέσθαι, τὰ περὶ ἡμῶν καὶ τῆς συναγωγῆς, τὰ νῦν ἐκθάντα, καὶ τὴν τοῦ νόμου κατάργησιν· τοῦτο δὲ αὐτοὺς οὐκ ἔδει εἰδέναί ἐκ τότε. Εἰ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἔμαθον, ὅτι πρόσκαιρος ὁ νόμος, πάντως ἂν αὐτοῦ κατεφρόνησαν· διὰ τοῦτο αὐτὸν συνεσχίασε μόνον^α. Ὅτι γὰρ οὐ πᾶσα προφητεία ἀσαφῆς ἦν, ἀλλὰ τοῦτο μόνον περιέσταλτο τὸ μέρος, ἀκουσον τοῦ Παύλου σαφῶς ἀμφοτέρωτα ταῦτα ἡμῖν ἐνδεικνυμένου, καὶ ὅτι συνεσχίαστο ὁ νόμος, καὶ ὅτι κατὰ τοῦτο μόνον τὸ μέρος. Κορινθίοις γὰρ ἐπιστέλλων, οὕτω πῶς φησιν· Ἔχοντες οὖν τοιαύτην ἐλπίδα, πολλῇ παρρησίᾳ χρώμεθα, καὶ οὐ καθάπερ Μωϋσῆς ἐτίθει κάλυμμα ἐπὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ὥστε μὴ ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ τέλος τοῦ καταργουμένου, ἀλλ' ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν. Ἄχρι γὰρ σήμερον κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης μένει, μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται. Τάχα ἀσαφές τὸ εἰρημένον· οὐκοῦν ἀναγκαῖον αὐτὸ ποιῆσαι σαφέστερον, τῆς ἱστορίας αὐτῆς ὑμᾶς ἀναμνήσας^β. Ἐπειδὴ γὰρ λαβὼν τὰς πλάκας ἐν τῷ ὄρει ἔμελλε καταβαίνειν ὁ Μωϋσῆς, δόξα

τις ἀπόρρητος^ο καὶ θαυμαστὴ τῆς ἀγίας ἐκείνης ἐξέλαμψεν ὄψεως τοιαύτη, ὡς μηδένα τῶν πολλῶν αὐτῷ δύνασθαι προσιέναι καὶ διαλέγεσθαι. Ἴνα οὖν μὴ διὰ παντὸς ἀπρόσιτος ἦ τῷ δήμῳ, κάλυμμα ἐπὶ τῆς ὄψεως ἐπιτιθεὶς, παρεῖχε μετὰ ἀδείας τοῖς Ἰουδαίοις αὐτῷ συγγίνεσθαι. Καὶ τῷ δήμῳ μὲν ὁμιλῶν εἶχε τὸ κάλυμμα, πρὸς δὲ τὸν Θεὸν ἐπιστρέφων ἀπετίθει τοῦτο πάλιν. Τοῦτο δὲ συνέβαιεν, ὁμοῦ μὲν ἵνα ἀξιόπιστος ὁ νομοθέτης φαίνεται τοῖς μέλλουσι τὸν δι' αὐτοῦ κομιζόμενον δέχεσθαι νόμον, ὁμοῦ δὲ ἵνα καὶ ὁ τῆς ἀληθείας ἐν αὐτῷ προδιαγραφῆ τύπος^δ, καὶ διαγραφῆ τῆς κατὰ Χριστὸν οἰκονομίας ἄνωθεν ἡ αἰτία. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλον τινες λέγειν, Τίνας ἔνεκεν οὐ γυμνῆ τῇ θεότητι παρεγένετο ὁ Χριστός, ἀλλὰ σάρκα περιεβάλλ[λ]ετο; ἄνωθεν διὰ τῆς ὄψεως τοῦ δούλου πᾶσι τοῦτοις ἀπελογήσατο. Εἰ γὰρ τὴν τοῦ δούλου δόξαν οὐκ ἤνεγκαν ἰδεῖν τὴν ἐπιγενομένην ὑστερον Ἰουδαῖοι, πῶς ἂν γυμνῆν τὴν θεότητα μετὰ ταῦτα ἰδεῖν [179] ὑπέμειναν;

ζ'. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον τὸ κάλυμμα ἡμῖν ἐνδείκνυται ἐκεῖνο, ἀλλ' ὅτι καὶ ταῦτα πάσχουσιν οἱ Ἰουδαῖοι ἐπὶ τοῦ νόμου, ἅπερ ἔπασχον ἐπὶ τῆς ὄψεως Μωϋσέως τότε. Καθάπερ γὰρ οὐχ ἑώρων τῆς ὄψεως τοῦ νομοθέτου τὴν δόξαν, τοῦ παραπετάσματος ἐκείνου παρεμβλημένου μέσον, οὕτως οὐδὲ τὴν νόμου δόξαν δύνανται νῦν κατιδεῖν. Τοῦτο δὲ καὶ πρὸς αἰρετικούς ἀναγκαῖον ἡμῖν. Καὶ γὰρ νομίσαντες κατηγορίαν εἶναι τοῦ νόμου τὰ εἰρημένα, κατεδέξαντο τῆς Ἐπιστολῆς τὸ χωρίον τοῦτο· καὶ ἐπειδὴ ἤκουσαν, ὅτι κάλυμμα ἔχει ὁ νόμος, καὶ ὅτι καταργεῖται, νομίσαντες εἶναι οἰαβολήν, ἀφῆκαν τὰ γράμματα, ἵνα τοῖς οἰκείοις ἀλῶσιν ἐπιχειρήμασιν. Αὐτὸ γὰρ τοῦτο δείκνυσι μέγαν ὄντα τὸν νόμον. Ὅσπερ γὰρ τότε οὐκ ἦν κατηγορία Μωϋσέως τὸ κάλυμμα ἔχειν ἐπὶ τῆς ὄψεως, ἀλλ' ἀσθένεια τῶν Ἰουδαίων, Μωϋσέως δὲ καὶ ἐγκώμιον μέγιστον ἦν, ὅτι τοιαύτην εἶχεν ἐπὶ τῆς ὄψεως δόξαν, ὡς καὶ παραπετάσματος δεηθῆναι πρὸς τοὺς ὁμοδόλους· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ νόμου συνέβη. Εἰ γὰρ μὴ δόξαν εἶχεν ἀπρόσιτος ὁ νόμος, οὐκ ἂν ἐδεήθη κάλυμματος. Ὅταν οὖν λέγη, ὅτι Κάλυμμα ἐπὶ τῆς ἀναγνώσεως τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης μένει, τὴν ἀσάφειαν αὐτοῦ φησιν· ὅταν δὲ λέγη, Μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται, τὸ μέρος, ὅπερ ἐστὶν ἀσαφές, ὁ νόμος^ο ἡμῖν ἐπέδειξεν. Οὐ γὰρ ἐκεῖνο ἀσαφές ἦν τοῦ νόμου τὸ μέρος, ὅπερ εἰς βίον ἡμῖν συνετέλει καὶ πολιτείαν· ἐπεὶ περιττῶς ἂν ἐδόθη· ἀλλ' ἐκεῖνα μόνον συνεσχίαστο τὰ μέρη, δι' ὧν ἐδυνάμεθα μαθεῖν, ὅτι διὰ τοῦ Χριστοῦ καταργεῖται. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἔργον, τὸ τὸν νόμον αὐτὸν εἰσαγαγεῖν λέγοντα περὶ αὐτοῦ, ὅτι Χριστὸς ἐλθὼν αὐτὸν καταργήσει, καὶ ὅτι ἐν αὐτῷ πρυθήσεται. Αὐτὸ οὖν τοῦτο τὸ μέρος τοῦ νόμου τὸ λέγον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται ὁ νόμος, τοῦτο ἀσαφές μόνον ἦν. Καὶ τοῦτο αὐτὸ δηλῶν ὁ μέγας Παῦλος, ἐπήγαγε· Μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται. Ἴνα γὰρ μὴ ἀκούσας, ὅτι Κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης

^ο Colb. ἀπρόσιτος, non male: significat enim inaccessa, id quod huic congruit loco.

^δ Reg. διαχαραγῆ τυπος. Colbert. προδιαχαραγῆ τυπος, quam etiam lectionem sequitur Savilius, sed utrovis modo legas, idipsum est. Morel. et Montf. προδιαγραφῆ (sic). Edit.

^β Savil. putat legendum ἀσαφές τοῦ νόμου. Sed locus bene habet, dummodo ponatur virgula post ἀσαφές. Aliud ὁ νόμος reduudare videtur.

^α Joannes Boisius in notis Savillanis legendum putat τὸ πρόσκαιρον αὐτοῦ συνεσχίασε μόνον, sed nihil mutandum existimo.

^β Forl. ἀναμνήσαντα.

morem et gloriam, et quæ illos exceptura esset ignominiam narrare, sed etiam ex ipsis Pauli verbis. Hic itaque cum prophetam quemdam videret paululum quid prædictionis hujus reserantem, et apertius, quam alii, tum bona nostra, tum illorum mala dicentem, obstupuit, et audaciam illius miratus est, his verbis utens: *Isaias autem audet, et dicit, Inventus sum a non quærentibus me: palam apparui iis, qui me non interrogabant. Dixi, Ecce ego, genti, qui non vocaverunt nomen meum (Rom. 10. 20; Isai. 65. 1)*. Quamquam si nullum ex prædictione periculum impendebat, cur dixit Paulus, *Isaias autem audet, et dicit, Inventus sum a non quærentibus me?* Maxima revera Judæorum accusatio. Qui non quærebant invenerunt, et qui quærebant, spe frustrati sunt: qui non audierunt, crediderunt, et qui audierunt, in crucem sustulerunt. Propterea audacem appellavit Isaiam. Maximæ quippe revera fuit audaciæ, in medio eorum quos accusabat stantem, nemini parcendo accusationem intentare, et illos quidem per prophetiam aperte honore privare, alios vero ad debitam illis gloriam introducere. Accusatores ejus erant omnes qui in judicio audiebant. Quis autem dum judicium exercent inimici, periculum poterit evitare? Propterea, inquit, *Audet et dicit.*

Ne ante tempus intelligerent futura Judæi, obscuræ fuerunt prophetiæ. — Verum hoc ipsum volo clarius demonstrare. Idcirco de Judæis ac nobis obscure pronuntiatum est in Scripturis, ne ante tempus intelligerent quæ dicebantur Judæi. Atque hujus rei produco testem magna voce clamantem Paulum, ex alto vociferantem, tubam cælestem, vas electionis, Christi paranympum. *Despondi enim vos, inquit, uni viro, virginem castam exhibere Christo (2. Cor. 11. 2)*. Hunc vobis testem produco dicentem aperte, propterea nonnulla in Veteri Testamento fuisse occultata, non omnia. Si enim omnia fuissent obscura, frustra illius sæculi hominibus fuissent dicta: siquidem prophetiæ bella continent, quæ ad tempus tum gesta sunt, et fames et pestes: continent et quæ hodie contigerunt, vocationem Ecclesiæ, repudiationem synagogæ, legis abrogationem. Hæc autem ipsos nosse nolebat, sed illa quæ ipsorum temporibus accidebant. Atque istud ipsum conabor ostendere, hæc sola fieri obscura voluisse, de nobis et de synagoga, quæ nunc contigerunt, necnon legis abrogationem: hoc vero non oportuit ex illo tempore cognitum illis fuisse. Nam si a principio didicissent legem ad tempus duraturam, illam omnino contempsissent: propter hoc ipsum occultam illam esse voluit. Non enim omnem prophetiam occultam fuisse, verum hanc tantum partem fuisse velatam, audi quo pacto nobis utrumque manifeste Paulus ostendat, et occultatam fuisse legem, et hac in parte tantum. Cum enim scriberet ad Corinthios, his verbis est usus: « Habentes igitur talem spem, multa fiducia utimur: et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in finem ejus quod evacuatur, sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim diem idipsum velamen in lectione Veteris Testamenti ma-

net non revelatum, quoniam in Christo evacuatur » (2. Cor. 3. 12. 14). Obscurum est fortasse, quod legimus; itaque dilucidius illud reddamus necesse est, et ipsam historiam vobis in memoriam revoce-mus. Nam cum acceptis in monte tabulis descensus esset Moyses, ineffabilis¹ quædam et mirabilis ex illa sancta facie gloria talis emicabat, ut nullus e vulgo ad illum accedere et cum illo colloqui auderet. Ne igitur populo semper inaccessus esset, imposito faciei suæ velamine, permittebat ut cum eo venire in colloquium Judæi possent (Exod. 34. 33. 34). At cum populo dum versaretur, velamen gerebat; ad Deum autem se convertens, rursus illud deponebat. Id vero fiebat, ut simul major fides legislatori conciliaretur apud eos qui per ipsum allatam accepturi legem erant, et simul in ipso prius adumbraretur figura veritatis, et incarnationis Christi causa multo ante præsignificaretur. Nam quoniam dicturi erant nonnulli, Quare non in nuda divinitate Christus advenit, sed carnem induit? multo ante per faciem servi objectionibus istis occurrit. Si enim servi gloriam, quæ illi postea obvenit, cernere non potuere Judæi, quo pacto nudam postea divinitatem videre potuissent?

7. Neque vero tantum hoc nobis velamen illud designat, sed eadem nunc Judæis lecta lege contingere, quæ tum visa Moysis facie contingebant. Ut enim faciei legislatoris gloriam non cernebant, quod medium illud velum interjectum esset: sic neque nunc legis possunt gloriam intueri. Hoc vero etiam adversus hæreticos usui nobis est. Nam quia putant criminationem legis præ se ferre quæ dicta sunt, hunc locum epistolæ receperunt: et cum legem habere velamen audivissent, et evacuari, quod illam arbitrentur accusari, literas deseruerunt, ut suis ratiocinationibus caperentur. Istud enim ipsum magnam esse legem ostendit. Nam sicut tum crimini verti Moysi non poterat, quod super faciem velamen haberet, sed illud erat indicium infirmitatis Judæorum, Moysis vero laus maxima, quod tanta gloria facies illius refulgeret ut apud conservos velamine indigeret: ita quoque legi accidit. Nisi enim lex gloriam habuisset inaccessam, velamine non indignisset. Quando igitur manere velamen dicit in lectione Veteris Testamenti, obscuritatem ejus dicit: quando vero non revelatum dicit quod in Christo evacuatur, partem eam legis nobis indicat, ratione cujus obscura lex est. Non enim obscura pars ea legis fuit quæ nobis ad vitam et conversationem instituendam conferebat, alioqui superflue data fuisset: sed ex solum partes obscuratæ sunt, ex quibus nosse poteramus illam evacuari per Christum. Nam et hoc opus est sapientiæ divinæ, legem ab ipso introduci, qui de ea diceret fore, ut Christus, cum venerit, legem evacuet, et fore ut in ipso esse desinat. Hæc igitur ipsa pars legis, quæ legem in Christo dicit evacuari, sola fuit obscura: atque hoc ipsum indicans magnus Paulus adjunxit dicens, *Non revelatum, quod in Christo evacuatur.*

¹ Colb. habet, *inaccessa*, pro, *ineffabilis*.

Etenim ne forte cum audisses in lectione Veteris Testamenti manere velamen, totam ipsam obscuram et oblectam esse existimares, hanc suspensionem additione correxit. Cum enim dixisset, velamen in lectione Veteris Testamenti manere, adjecit, *Non revelatum, quod in Christo evacuatur*. Hoc ipsum, inquit, revelatum non est, quod in Christo est evacuandum: porro iis revelatum non est, qui non accedunt ad fidem: itaque is qui ad fidem accessit, et sancti Spiritus gratiam consequutus est, non jam cum velamine legem intuetur, sed nudam ejus gloriam spectat. Gloria legis est, ut docere possit seipsam in Christo evacuari, ut hoc quoque tibi sit cognitum. Vides quæ sit legis gloria? Vera quippe gloria ejus est, quando instruere te potuerit et ad Christum deducere: tum vero instruit, cum evacuari se ostendit. Itaque hinc etiam hæreticis letale vulnus infligitur. Nam si contraria lex et adversaria Christo esset, nec ab illo tradita, non oportuisset Paulum ejus gloriam id appellare, quod accedentes ad se posset instruere, per Christum ipsam evacuari. Si mala esset lex rursus, non oportuisset velamen ejus auferri, sed illam etiam post gratiam obscuratam manere. Quod si hoc munus est gratiæ, ut accedentes ad se perspicaciores ad comprehendendam legem efficiat, sic ut inde initium et occasio ducatur omnis fidei in Christum exhibendæ: quodnam proferre majus posset ullus argumentum cognationis legis cum gratia, quam cum oculos Christus aperit eorum, qui ad ipsum accedunt, ut institutionem percipere legis possint: illa vero cum apparuerit, et facta fuerit manifesta, poterit multa cum facilitate transmittere illos, qui ea quæ Christi sunt intelligunt? Hæc enim ostendunt neque Christum cum lege pugnare, neque cum Jesu legem bellum gerere, sed contrario plane modo rem se habere, cum illa quidem ad magnam hanc philosophiam viam sternat, hic autem inde assumptos ad summum pietatis culmen adducat. Pro his autem omnibus benigno Deo gratias agamus, qui pro convenienti tempore singula disponit, variisque modis salutem nostram procurat, et dignam ipsius dignitate ac tanta providentia vitæ rationem pro viribus exhibeamus, ut futura etiam bona consequamur: quæ nobis omnibus utinam contingant, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri, simul cum Spiritu sancto, gloria, honor, imperium, in sæcula sæculorum. Amen.

Adhuc in obscuritatem Veteris Testamenti, et in Dei clementiam, et quod alii alios non debeant accusare.

1. Gaudet quidem bubulcus, dum bene valere ac vegetum esse videt armentum suum: gaudet etiam agricola, dum vernantem segetem cernit: sed nec ob segetem agricola, nec ob suas boves bubulcus adeo gaudent, ut ego nunc gaudeo et exulto, dum pulchram hanc aream spiritualibus repletam manipulis cerno. Cum enim in tot ac tales aures sparsum fuerit verbum pietatis, confestim necesse est, ut copiosæ ac

maturæ obedientiæ spicæ nascantur. Nam si quis sulcis fertilem ac pinguem agrum prociderit, quamvis semina larga manu non jecerit, multum proventum colliget, dum loci natura seminum exiguum numerum propria virtute multiplicabit: sic cum in animas obsequentes ac pietatis plenas aliquis sparserit, licet exigua doctrinæ semina jecerit, messem uberem cernet, dum per auditorum sapientiam concionatoris egestas occultabitur. Hoc et in piscatione contingit. Quamvis enim piscatores sint imperiti, si tamen in sinum piscibus abundantem retia miserint, facile præda potiuntur, dum illorum abscondit imperitiam concurrentium piscium multitudo. Quod si in illa captura multitudo illorum qui capiendi sunt, sæpenumero ejus qui rete mittit, imperitiæ defectum sarcit, multo magis istud ipsum in hac spirituali piscatione continget. Nam illi quidem pisces ubi nassas et hamos immitti viderint, confestim et aufugiunt, et exsiliunt: vos vero contrarium agitis: cum surgentem et doctrinæ sagem videritis expandentem, non solum non aufugitis et exsilitis, sed et interius pergitis undique concurrentes, et proximum unusquisque protrudens ac premsens, prior ipse insilire et in retia delabi festinat. Quo factum est, ut numquam vacuum sagenam extraerimus, non jam ob nostram peritiam, sed ob vestram cupiditatem. Satis itaque nos nuper dapibus explevit, quæ probato puroque manat auro lingua, et mellis fontes ore profundit, lingua, inquam, beati Pauli, vel potius, quæ favi cujusvis suavitati spiritualis doctrinæ dulcedine antecellit.

Chrysostomi modestia. Prima causa obscuritatis Veteris Testamenti. — Quia vero pro ea quæ vos decet philosophia, ne mei quidem pauperis et mendici res contemnitis, sed ea quidem quæ sunt eximia et summa miramini, nostræ vero humilitatis verba non improbatis, alacriter ad dicendum surrexi, ut debitum vobis redderem quod nuper sum pollicitus, nec tamen persolvi, dum prolixitate doctrinæ prohibiti sumus ad finem usque pertingere. Quodnam igitur debitum illud fuit? Necesse est enim, ut initium mutui vobis in memoriam revocetur, ut argumento ipso cognito vobis enarratio dilucidior fiat. Quæsimus tum temporis, qua de causa Vetus Testamentum sit obscurius, quam Novum; fortasse namque meministis; et unam hactenus causam diximus, auditorum immanitatem, testemque produximus Paulum dicentem, *Istud ipsum velamen in lectione Veteris Testamenti manet non revelatum, quoniam in Christo evacuatur* (2. Cor. 3. 14). Ostendimus, quemadmodum velamen habuit legislator Moyses, ita quoque legem velamen habuisse, obscuritatem; sed neque legislatori vitio vertendum, neque legi crimini dandum fuit velamen, sed auditorum infirmitati tribuendum. Non enim propter seipsum velamen habuit Moyses, sed quia gloriam vultus ejus ferre non poterant. Quando enim se convertebat ad Dominum, velamen auferebat. Sic etiam lex quoniam nondum perfecta documenta multæque philosophiæ plena de Christo Novoque Testamento percipere poterat (siquidem illa omnia, tamquam in thesauro quo-

μένει, ὅλην αὐτὴν ἀσαφῆ καὶ συνεσχισμένην εἶναι νομίσης, τῇ ἐπαγωγῇ ταύτην διώρθωσε τὴν ὑπόνοιαν. Εἰπὼν γάρ, *Κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης μένει*, ἐπήγαγε, *Μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται*. Τοῦτο αὐτὸ, φησὶν, οὐκ ἀνεκαλύφθη, ὅτι μέλλει ἐν Χριστῷ καταργεῖσθαι· οὐκ ἀνεκαλύφθη δὲ τοῖς μὴ προσελθοῦσι τῇ πίστει· ὡς ὁ γε προσελθὼν, καὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριτος ἀπολαύσας, οὐκέτι μετὰ παραπετάσματος βλέπει τὸν νόμον, ἀλλὰ γυμνὴν αὐτοῦ καθορᾷ τὴν δόξαν. Δόξα δὲ νόμου, τὸ δυνηθῆναι ^a διδάξαι, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται, ἵνα καὶ τοῦτο μάθῃς. Εἶδες τοῦ νόμου τὴν δόξαν; Δόξα δὲ ἐστὶν ἀληθῆς ἐκείνου, ὅταν σε πρὸς τὸν Χριστὸν παιδαγωγῆσαι δυνηθῇ· παιδαγωγεῖ δὲ, ἐπειδὴν δείξῃ ^b αὐτὸν καταργούμενον. Ὡστε καὶ ἐντεῦθεν [180] καιρία τοῖς αἰρετικοῖς ἡ πληγὴ γέγονεν. Εἰ γὰρ ἐναντίος ἦν ὁ νόμος καὶ πολέμιος τοῦ Χριστοῦ ^c, καὶ μὴ παρ' ἐκείνου δοθεὶς, οὐκ ἔδει Παῦλον δόξαν αὐτοῦ καλέσαι, τῷ δυνηθῆναι παιδεῦσαι τοὺς προσιόντας αὐτῷ, ὅτι διὰ Χριστοῦ καταργεῖται. Εἰ πονηρὸς ἦν ὁ νόμος πάλιν, οὐκ ἔδει τὸ κάλυμμα αὐτοῦ ἀφαιρεθῆναι, ἀλλὰ μένειν αὐτὸν καὶ μετὰ τὴν χάριν συνεσχισμένον. Εἰ δὲ τοῦτο τῆς χάριτος ἔργον, τὸ διορατικωτέροισι ποιεῖν τοὺς προσιόντας πρὸς τὴν τοῦ νόμου κατάληψιν, ὥστε ἐκεῖθεν τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἀφορμὰς πάσας λαμβάνειν τῆς πρὸς τὸν Χριστὸν πίστεως· τί μείζον τούτου τεκμήριον τῆς τοῦ νόμου συγγενείας τῆς πρὸς τὴν χάριν εἶποι τις ἄν, ἀλλ' ἢ ὅταν ^d μὲν Χριστὸς ἀνοίγῃ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν αὐτῷ προσιόντων, ὥστε δυνηθῆναι κατιδεῖν τοῦ νόμου τὴν ἀγωγὴν, ἐκείνη δὲ φανεῖσα καὶ γενομένη δῆλη, παραπέμψαι μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας δυνήσεται τοὺς συσιέντας τὰ Χριστοῦ; Ταῦτα γὰρ οὔτε τὸν Χριστὸν τῷ νόμῳ μαχόμενον δείκνυσιν, οὔτε τὸν νόμον πολεμοῦντα τῷ Ἰησοῦ, ἀλλὰ τοῦναντίον ἅπαν, τὸν μὲν προοδοποιοῦντα τῇ μεγάλῃ ταύτῃ φιλοσοφίᾳ, τὸν δὲ ἐκεῖθεν αὐτοὺς παραλαμβάνοντα καὶ πρὸς ἄκραν ἄγοντα κορυφῆν. Ὑπὲρ δὲ τούτων ἀπάντων εὐχαριστήσωμεν τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ, τῷ κατὰ τὸν προσήκοντα καιρὸν ἕκαστα οἰκονομοῦντι, καὶ πολυτρόπως τὴν ἡμετέραν πραγματευομένην σωτηρίαν, καὶ τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας καὶ τῆς τοσαύτης προνοίας ἀξίαν κατὰ δύναμιν ἐπιδειξώμεθα πολιτείαν, ἵνα καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, τιμὴ, κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ἔτι εἰς τὴν ἀσάφειαν τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, καὶ εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ περὶ τοῦ μὴ κατηγορεῖν ἀλλήλων.

^a Χαίρει μὲν βουκόλος, ἐπειδὴν εὐπαθοῦσαν αὐτῷ καὶ σφριγῶσαν ἴδῃ τῶν βοῶν τὴν ἀγέλην· χαίρει δὲ καὶ γηπόνος, θεωρῶν κομῶντα τὰ κτήρια· ἀλλ' οὔτε γηπόνος ἐπὶ τοῖς λητοῖς, οὔτε βουκόλος ἐπὶ ταῖς βοῦσιν οὕτω χαίρουσιν, ὡς ἐγὼ χαίρω νῦν καὶ ἀγάλλομαι, τὴν καλὴν ταύτην ἄλω τῶν πνευματικῶν τούτων δραγμάτων πεπληρωμένην ὁρῶν. Ὅταν γὰρ εἰς ἀκοῆς τοσαύτας καὶ τοιαύτας σπεύρηται τῆς εὐσεβείας ὁ

^a Savil. τῷ δυνηθῆναι, male, ut ipse quoque suspicatur, τό conjiciens.

^b Savil. male δείξας, in marg. conj. δεῖξ.

^c Colb. τῷ Χριστῷ, forte melius. Paulo post Savil. male δείξαν αὐτόν. In marg. conj. αὐτοῦ.

^d Hic legendum putat Savil. ἄλλο ἢ ὅταν. Sed locus ut est, ni fallor, ferri potest.

λόγος, ἀνάγκη ταχέως πολλὸν καὶ ὄριμον βλαστῆσαι τῆς ὑπακοῆς τὸν ἀσταχυν. Καὶ γὰρ ὅταν τις εἰς βαθύγειον καὶ λιπαρὰν ἄρουραν ἀβλακα τέμῃ, κἂν μὴ δαψιλεῖ τῇ χειρὶ καταβάλλῃ τὰ σπέρματα, πολλὴν δέξεται τὴν φορὰν, τῆς φύσεως τοῦ χωρίου τὴν ὀλιγότητα τῶν σπερμάτων διὰ τῆς οἰκείας δυνάμεως πλεοναζούσης· οὕτω καὶ ὅταν τις εἰς ψυχὰς σπεῖρῃ καταπειθεὶς καὶ εὐλαβείας γεμούσας, κἂν ὀλίγα καταβάλλῃ τὰ [181] τῆς διδασκαλίας σπέρματα, πλούσιον ὄψεται τὸν ἄμητον, τῆς τῶν ἀκούοντων σοφίας τὴν τοῦ λέγοντος πενίαν ἀποκρυπτούσης. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ἀλείας γίνεται τῶν ἰχθύων. Κἂν γὰρ ἄπειροι τυγχάνωσιν ὄντες οἱ ἀλιεῖς, εἰς κόλπον δὲ βάλωσι τὰ δίκτυα πολλοὺς ἔχοντα τοὺς ἰχθύας, ῥαδίως τῆς θήρας ἐπιτυγχάνουσι, τοῦ πλήθους τῶν συντρεχόντων ἰχθυῶν συσκιαζόντος· ἐκείνων τὴν ἀπειρίαν. Εἰ δὲ ἐπὶ τῆς ἀγρας ἐκείνης τῶν ἀλιεῦσθαι μελλόντων τὸ πλήθος τοῦ σαγηνεύοντος πολλάκις παραμυθεῖται τὴν ἀμάθειαν, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῆς ἀλείας ταύτης τῆς πνευματικῆς τοῦτο συμβήσεται. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι μὲν οἱ ἰχθύες, ὅταν ἴδωσιν ἐμβληθέντα τὰ θήρατρα, εὐθέως ἀποπηδῶσι καὶ ἐξάλλονται· ὑμεῖς δὲ τὸ ἐναντίον ποιεῖτε· ὅταν ἴδητε ἀναστάντα καὶ τὴν σαγήνην ἀπλώσαντα τῆς διδασκαλίας, οὐ μόνον οὐκ ἀποπηδάτε καὶ ἐξάλλεσθε, ἀλλὰ καὶ ἐνδοτέρω βαδίζετε πανταχόθεν συντρέχοντες, καὶ τὸν πλησίον ἕκαστος ὠθῶν καὶ θλίβων, πρότερος αὐτὸς ἐπιέγεται ἐμπηθεῖσαι καὶ ἐμπεσεῖν εἰς τὰ δίκτυα. Διὰ τοῦτο οὐδέποτε κενὴν ἀνεσπάσαμεν τὴν σαγήνην, οὐ διὰ τὴν ἡμετέραν ἐμπειρίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ὑμετέραν ἐπιθυμίαν. Ἰκανῶς μὲν οὖν ἡμᾶς καὶ πρώην εἰστίασεν ἡ χρυσὸν δόκιμον καὶ καθαρὸν ρέουσα γλύττα, καὶ πηγὰς ἔχουσα μέλιτος ἐν τῷ στόματι, ἡ τοῦ μακαρίου, λέγω, Παύλου· μᾶλλον δὲ καὶ κηρίου παντὸς ἀποκρύπτουσα τὴν ἡδονὴν τῇ τῆς πνευματικῆς διδασκαλίας γλυκύτητι.

Ἐπειδὴ δὲ κατὰ τὴν πρέπουσαν ὑμῖν φιλοσοφίαν οὐδὲ τὰ τοῦ πένητος ἐμοῦ καὶ πτωχεύοντος ἀτιμάζετε, ἀλλὰ θαυμάζετε μὲν τὰ πολλὴν ἔχοντα ὑπεροχὴν, προσέσθε δὲ καὶ τὰ τῆς ἡμετέρας εὐτελείας ῥήματα, ἀνέστην μετὰ προθυμίας ἀποδώσω ὑμῖν τὸ ὄφλημα, ὃ πρώην ὑπεσχόμην μὲν, οὐ κατέβαλον δὲ, τοῦ μήκους τῆς διδασκαλίας ἐκκρούσαντος ἡμᾶς τοῦ τέλους. Τί οὖν ἦν τὸ ὄφλημα ἐκεῖνο; Ἀνάγκη γὰρ ἀναμνησθαι ὑμᾶς τὴν ἀρχὴν τοῦ δανείσματος, ὥστε σαφεστέραν ὑμῖν ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως γενέσθαι τὴν ἐξήγησιν. Ἐζητήσαμεν τότε, τίνος ἕνεκεν ἀσαφεστέρα τῆς Καινῆς ἢ Παλαιᾶς Διαθήκης· τάχα γὰρ μέμνησθε· καὶ μίαν τέως εἰρήκαμεν αἰτίαν, τὴν θηριωδίαν τῶν ἀκούοντων, καὶ μάρτυρα παρηγάγομεν τὸν Παῦλον λέγοντα, ὅτι *Τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης μένει μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται*. Ἐδείξαμεν ὅτι καθάπερ Μωϋσῆς εἶχε κάλυμμα ὁ νομοθέτης, οὕτω καὶ ὁ νόμος· εἶχε κάλυμμα, τὴν ἀσάφειαν· ἀλλ' οὔτε τοῦ νομοθέτου ἔγκλημα, οὔτε τοῦ νόμου κατηγορία τὸ κάλυμμα, ἀλλὰ τῆς ἀσθενείας τῶν ἀκούοντων. Οὐδὲ γὰρ δι' ἑαυτὸν εἶχε κάλυμμα ὁ Μωϋσῆς, ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἠδύναντο ὑπενεγκεῖν τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ. Ὅτε γοῦν ἐπέστρεφε πρὸς κύριον, περιηρεῖτο τὸ κάλυμμα. Οὕτω καὶ ὁ νόμος, ἐπεὶ οὐδέπω ἠδύνατο μαθεῖν τὰ τέλεια διδάγματα καὶ φιλοσοφίας γέμοντα, τὰ τε περὶ Χριστοῦ καὶ τῆς Καινῆς Διαθήκης (πάντα γὰρ ἐκεῖνα ἐναπέκειτο, καθάπερ ἐν θησαυρῷ, τῇ

* Sic Morel. recte. Savil. et Reg. συσκιαζούσης. Colb. συσκιαζόντων.

παλαιᾶ Γραφῆ), [182] κάλυμμα εἶχεν, ἐκεῖνοις μὲν συγκαταβαίνων, ἡμῖν δὲ τηρῶν τὸν πλοῦτον ἅπαντα, ἔν, ὅταν παραγένηται ὁ Χριστὸς, καὶ ἐπιστρέψωμεν πρὸς αὐτὸν, περιαιρεθῆ τὸ κάλυμμα. Ὅρατε τοίνυν εἰς ὅσπην ἡμᾶς ἀξίαν ἤγαγεν ἡ τοῦ Χριστοῦ παρουσία, εἰς τὴν τάξιν ἀνάγουσα Μωϋσέως. Ἄλλ' ἴσως ἐρεῖ τις· Καὶ τίνας ἔνεκεν ἐλέγετο τότε, εἰ μὴ ἐμελλεν αὐτοῖς σαφῆ εἶναι τὰ λεγόμενα; Ἴνα τοῖς μετὰ ταῦτα γένηται χρήσιμα. Προφητείας γὰρ ἀξίωμα τοῦτό ἐστιν, οὐχ ὅταν τὰ παρόντα ἀπαγγείλη πράγματα, ἀλλ' ὅταν τὰ μέλλοντα προαναφωνήσῃ. Προφητεία δὲ ὅταν συν-εσκιασμένως λέγεται, μετὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἐκ-θασιν γίνεται σαφεστέρα, πρὸ δὲ τῆς ἐκθάσεως οὐδαμῶς. Ὡστε, ἐπειδὴ τότε μὲν ἐλέγετο συνεσκιασμένως, ἀσαφῆ ἦν· ὅτε δὲ ἐκδέθηκε τὰ πράγματα, διὰ τοῦτο σαφέστερα ἦν τὰ λεγόμενα. Καὶ ἵνα μάθητε, ὅτι προφητεία, κὰν πρὸ πολλοῦ λέγεται τοῦ χρόνου, συνεσκιασμένως δὲ λέγεται, ἀσαφεστέρα γίνεται ἀναμένουσα τὴν ἐκ τῶν πραγμάτων ἐκθασιν, ἀπ' αὐτῶν τῶν μαθητῶν ὑμῖν τοῦτο ποιήσω φανερόν. *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, τοῖς Ἰουδαίοις ἔλεγε ὁ Χριστός. Ἐπειδὴ γὰρ ἐδίωκε τοὺς διὰ τῆς καπηλείας εἰς τὸν ναὸν ἐνυδρίζοντας, λέγουσιν ἐκεῖνοι· Τί σημεῖον δεῖκνύεις ἡμῖν, ὅτι ταῦτα ποιεῖς; Καὶ πρὸς τοῦτό φησι· Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Ἐκεῖνος δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ. Τοῦτο προφητεία τίς ἐστιν· οὐπω γὰρ ἦν ἐκθεθηκὼς ὁ σταυρὸς, οὐδὲ ἡ λύσις τοῦ ναοῦ, οὐδὲ ἡ τριήμερος ἀνάστασις, ἦν αὐτὸς ἐποίησατο. Καὶ ὄρα πῶς τὰ ἀμφοτέρω μετὰ ἀκριθείας ἠνίξαστο, καὶ τὴν τόλμαν τὴν ἐκείνων, καὶ τὴν οἰκείαν αὐτοῦ δύναμιν. Ἄλλ' ὁμοίως οὐκ ἤδεισαν τὰ λεγόμενα. Καὶ τὸ μὲν Ἰουδαίους ἀγνοεῖν, οὐδὲν θαυμαστόν· λέγει δὲ, ὅτι οὐδὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ συνῆκαν, ἕως ἀνέστη ἐκ τῶν νεκρῶν· Καὶ τότε ἐπίστευσαν τῇ Γραφῇ, καὶ τῷ λόγῳ, ᾧ ἔλεπεν ὁ Ἰησοῦς.*

β'. Ὅρας ὅτι ἐδεήθησαν τῆς διὰ τῶν πραγμάτων ἐκθάσεως, ἵνα σαφεστέρα γένηται ἡ προφητεία, καὶ ὅτι ἐγκλημα οὐκ εἶχον οἱ Ἰουδαῖοι μὴ συνιέντες τὰς προφητείας ἐκεῖνας τὰς περὶ Χριστοῦ πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας; Τῇ γὰρ παρουσίᾳ δῆλαι ἐμελλον γίνεσθαι καὶ σαφεῖς. Ἄκουσον αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· *Εἰ μὴ ἤλθοι, καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἀμαρτίαν οὐκ εἶχον. Διὰ τί οὐκ εἶχον ἀμαρτίαν, εἰ αἱ προφητεῖαι προέλεγον;* Ὅτι προέλεγον μὲν, οὐκ ἦσαν δὲ σαφεῖς, οὐδὲ δῆλαι πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ προλεγομένου. Εἰ γὰρ καὶ τότε σαφεῖς ἦσαν αὐτοῖς καὶ δῆλαι, δῆλον ὅτι καὶ πρὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ ἀμαρτίαν εἶχον· εἰ δὲ ἀμαρτίαν οὐκ εἶχον, εὐδηλον ὅτι διὰ τὴν ἀσάφειαν αὐτῶν καὶ τὸ συνεσκιάσθαι τὰ λεγόμενα. Οὐδὲ γὰρ ἀπητοῦντο τὴν εἰς τὸν Χριστὸν πίστιν πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας. Τίνος οὖν ἔνεκεν προελέγετο τότε; Ἴν', ὅταν παραγένηται, οἴκοθεν ἔχωσι τοὺς διδασκάλους ἐνάγοντας [183] αὐτούς, καὶ εἰδῶσιν ὅτι οὐ καινοτομία τὰ γινόμενα, οὐδὲ πρόσφατος ἡ οἰκονομία, ἀλλ' ἀνωθεν ταῦτα καὶ πρὸ πολλῶν προ-ανεκηρύττετο χρόνων· οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο εἰς τὸ ἐπισπάσασθαι πρὸς τὴν πίστιν αὐτούς. Μία μὲν οὖν αὕτη τῆς ἀσάφειας αἰτία, ἦν καὶ διὰ πλειόνων ἀπεδείξαμεν μαρτυριῶν ἐν τῇ προτέρᾳ διαλέξει. Ἴν' οὖν μὴ πάλιν ὑμᾶς ἐνοχλῶμεν τὰ αὐτὰ λέγοντες, ἀναγκαῖον μὲν ταύτης ἀποστῆναι, ἐτέραν δὲ εἰπεῖν τὴν οὐκ ἀσαφῆ καὶ ἀγνωστον, ἀλλὰ δυσκολωτέραν ἡμῖν ποιούσαν τὴν Παλαιὰν Διαθήκην. Ἄλλο γὰρ ἐστὶ μηδὲν ὅλως εἰδέναι: τῶν ἐγχειμένων, καὶ ὁρῶν κάλυμμα ἐπικεί-

μενον, ἄλλο δὲ εὔρειν μὲν τὰ λεγόμενα, μετὰ πόνου δὲ εὔρειν.

Τίς οὖν ἐστὶν ἡ δευτέρα αἰτία, δι' ἣν δυσκολωτέρα ἡ Παλαιὰ Διαθήκη τῆς Νέας ἐστίν; Οὐχὶ τῇ ἐγγωρίῳ φωνῇ ἔχομεν τὴν Παλαιὰν Διαθήκην παρ' ἡμῖν γεγραμμένην· ἀλλ' ἐτέρα μὲν συνετέθη γλώττῃ, ἐτέρα δὲ ἔχομεν αὐτὴν ἀναγινωσκομένην ἡμεῖς. Τῇ γὰρ Ἑβραίων φωνῇ παρὰ τὴν ἀρχὴν συνεγράφη, ἡμεῖς δὲ αὐτὴν τῇ Ἑλλήνων παρελάβομεν γλώττῃ· ὅταν δὲ γλώττα ἐρμηνευθῆ εἰς ἐτέραν γλώτταν, πολλὴν ἔχει τὴν δυσκολίαν. Καὶ ἴσασιν ἀκριθῶς, ὅσοι πολλῶν γλωσσῶν εἰσιν ἔμπειροι, πῶς οὐ δυνατόν πᾶσαν τὴν σαφήνειαν τῆς φωνῆς τῆς ἐν τῇ οἰκείᾳ φύσει κειμένης μετενεγκεῖν εἰς τὴν ἐτέραν μεταβάλλοντας γλώσσαν. Τοῦτο οὖν αἴτιον τῆς δυσκολίας τῆς ἐν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ γέγονε. Πρὸ γὰρ τριακοσίων ἐτῶν τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως τῶν Αἰγυπτίων, πρὸς τὴν Ἑλλάδα μετηνέχθη γλώσσαν ἡ Παλαιὰ Διαθήκη, χρησίμως σφόδρα καὶ ἀναγκαίως. Ἔως μὲν γὰρ ἐν ἔθνει τῶν Ἰουδαίων διελέγετο, ἔμενον ἐν τῇ Ἑβραϊδὶ φωνῇ. Οὐδεὶς γὰρ τότε ἐμελλεν αὐτῇ προσέχειν, τοῦ λοιποῦ τῶν ἀνθρώπων γένους εἰς θηριωδίαν ἐσχάτην ἐληλακότος. Ἐπειδὴ δὲ ἐμελλεν ὁ Χριστὸς παραγίνεσθαι, καὶ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν πρὸς ἑαυτὸν καλεῖν, οὐχὶ διὰ τῶν ἀποστόλων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν προφητῶν (καὶ γὰρ κἀκεῖνοι πρὸς τὴν πίστιν ἡμᾶς χειραγωγοῦσι τῆς τοῦ Χριστοῦ γνώσεως), τῆνικαῦτα λοιπὸν ὡσπερ εἰς τινὰς εἰσόδους καὶ ὁδοὺς τὰς προφητείας, πρότερον ἀποκεκλεισμένας τῇ τῆς γλώττης ἀσάφειᾳ, πάντοθεν ἀνοιγῆναι παρεσκεύασε διὰ τῆς ἐρμηνείας, ἵνα πάντες οἱ ἐκ τῶν ἔθνων πανταχόθεν συρρέοντες, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας ταύτας ὁδεύοντες τὰς ὁδοὺς, δι' αὐτῶν δυνηθῶσι πρὸς τὸν βασιλεῖα τῶν προφητῶν ἐλθεῖν, καὶ προσκυνῆσαι τῷ μονογενεῖ τοῦ Θεοῦ Υἱῷ. Διὰ τοῦτο πρό γε τοῦ χρόνου τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ ἡρμηνεύθησαν ἅπασαι· ἐπεὶ εἰ ἔμενον ἐν τῇ Ἑβραϊδὶ διαλέκτῳ μόνον, ἔλεγε δὲ ὁ Δαυὶδ, *Αἰτησαί παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς*, πόθεν ἐμελλεν εἰδέναι τὸ λεγόμενον ὁ Σύρος, ἢ ὁ Γαλάτης, ἢ ὁ Μακεδὼν, ἢ ὁ Ἀθηναῖος, ἐν ἀσάφειᾳ μενούσης τῆς Γραφῆς; Πάλιν ὁ Ἡσαΐας ἐβόα· *Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγῆν ἤχθη, [184] καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφρονος. Καὶ πάλιν· Ἔσται ἡ ρίζα τοῦ Ἰεσσαί, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἀρχεῖν ἐθνῶν· ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι. Καὶ πάλιν· Πλησθήσεται ἡ γῆ τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψαι θαλάσσης. Καὶ ὁ Δαυὶδ πάλιν ἔλεγε· Ἀρέθῃ ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, Κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος· καὶ πάλιν· Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἀνθῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.*

γ'. Ἐπεὶ οὖν καὶ περὶ τοῦ πάθους, καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως, καὶ περὶ τῆς ἀναλήψεως, καὶ περὶ τῆς ἐκ δεξιῶν καθέδρας, καὶ περὶ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας, καὶ περὶ πάντων τούτων ἀπλῶς τῶν ἐν τῇ

^a Alii ὡσπερ εἰς τινὰς. Savil. ὡσπερ εἰς τινὰς legendum putat, et totum locum sic restituere conatur, ὡσπερ εἰς τινὰς ὁδοὺς ἐμπεφυραγμένας, aut quid simile. Ego vero puia locum bene habere.

dam, in Veteri Testamento reposita erant), velamen habebat, dum illis quidem se attemperabat, nobis autem divitias omnes reservabat, ut cum Christus advenit, et ad ipsum nos converterimus, velamen tollatur. Videtis ergo in quantam nos adventus Christi provexerit dignitatem, qui Moysis in ordinem nos evexerit. At fortasse dicet aliquis: Cur igitur tum temporis dicebantur illa, si manifesta non erant futura quæ dicebantur? Ut posteris nimirum utilia fierent. Hæc enim est dignitas prophetiæ, non ut res præsentis denuntiet, sed ut futuras prænuntiet. Prophetia porro cum occulte prolata fuerit, post rerum eventum fit manifestior, ante eventum vero minime. Itaque quia tum obscure dicebantur, ignotæ erant: cum autem res contigerant, propterea manifesta erant, quæ dicta fuerant. Atque ut prophetiam intelligatis, licet multo ante tempore dicta sit, sed tamen occulte dicta, obscuram esse, ac rerum eventum expectare, discipulorum ipsorum id exemplo comprobabo. *Solvite templum hoc* (Joan. 2. 19), aiebat Christus Judæis. Nam cum eos ejecisset, qui negotiatione sua templi sanctitatem violarent, dixerunt illi: *Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis* (Ibid. v. 18)? Tum ad hoc respondet: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud. Ille autem dicebat de templo corporis sui* (Ibid. v. 21). Hoc autem prophetia quædam est: nondum quippe crux evenerat, neque templi solutio, neque post tres dies resurrectio, quam ipse fecit. Ac vide quam exacte utraque designarit, et illorum audax facinus, et suam ipsius virtutem. Non tamen ea quæ dicebantur agnoverunt. Ac Judæos quidem ignorasse, minime mirum: at ne discipulos quidem ejus intellexisse dicit, quousque a mortuis resurrexit, tumque *Crediderunt Scripturæ ac sermoni, quem dixit Jesus* (Ibid. v. 22).

2. Vides eventu illos indignisse rerum, ut dilucidior fieret prophetia, neque crimini vertendum fuisse Judæis, quod prophetias illas de Christo ante Christi adventum non intelligerent? Siquidem per ejus adventum claræ reddendæ fuerant et apertæ. Audi Christum hoc dicentem: *Si non venissem, et loquutus fuisset eis, peccatum non haberent* (Joan. 15. 21). Quare peccatum non habebant, si prophetiæ prædixerant? Quia prædixerant quidem, sed manifestæ non erant neque claræ ante illius adventum qui prædictus fuerat. Nam si tum quoque manifestæ illis et claræ fuissent, haud dubium quin etiam ante ipsius adventum peccatum habuissent: quod si peccatum non habuerunt, dubium non est, quin propter earum obscuritatem, et quoniam oblecta fuerant quæ dicebantur. Neque enim ante Christi adventum fides in Christum ab illis exigebatur. Cur itaque tum prædicebatur? Ut cum advenisset, domesticos doctores haberent a quibus incitarentur, et intelligerent rem novam non esse quæ gerebantur, neque recentem dispensationem, sed hæc olim et ante multos annos fuisse prænuntiata: id quod non mediocriter valuit ad illos ad fidem alliciendos. Hæc igitur una est causa obscuritatis, quam pluribus testimoniis in præcedenti ser-

mone demonstravimus. Ne vero fastidium vobis rursus pariamus, si eadem dicamus, operæ pretium fuerit ab ea discedere, atque alteram proferre, quæ non jam obscurum et ignotum, sed difficilius Testamentum Vetus efficit. Aliud enim est nihil omnino eorum nosse, quæ insunt, et velamen impositum cernere: aliud autem invenire quæ dicuntur, sed cum labore invenire.

Διὰ τοῦτο Γραφᾶς ἐρμηνεύομεν, οὐκ ἵνα Γραφᾶς μάθητε μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τὰ ἕθη διορθώσῃτε. Ἄν γὰρ τοῦτο μὴ γένηται, περιττῶς ἀναγινώσκομεν, περιττῶς ἐξηγοῦμεθα. Ὡσπερ γὰρ ἀθλητὴς εἰς παλαίστραν εἰσιὼν ἀλειφόμενος καὶ ἀπολαύων τῶν χειρῶν τοῦ παιδοτρίβου, ἂν τοῦ ἀγῶνος παραγενομένου ἐλέγξῃ ἐκείνην τὴν τέχνην, περιττῶς εἰσῆλθη εἰς τὴν παλαίστραν· οὕτως ἂν ἐνταῦθα παραγινόμενοι, καὶ μανθάνοντες τὰ παλαίσματα πάντα καὶ τὰς λαβὰς τοῦ διαδόλου, τοῦ καιροῦ τῶν ἀγῶνων ἐλθόντος ὑποσκελισθῆτε, ἢ εὐμορφον ὄψιν ἰδόντες, ἢ πρὸς ἀπόνοϊαν ἐπαρθέντες, ἢ ἐτέρῳ τινὶ πονηρῷ χειρωθέντες λογισμῷ, μάτην ἐνταῦθα εἰσῆλθετε. Μέμνησθε τοίνυν τῶν λόγων, οὐ τῶν κατὰ τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας, ἀλλὰ τῶν κατὰ τῆς ἐπιθυμίας τῆς ἀκολάστου. Οὐ φύσει [193] ἐγκληματὰ εἰρημένα, ἀλλὰ ἐπιθυμίας ἢ τὰ λεγόμενα. Ταύτη καταστέλλετε θυμὸν, οὕτω πραῦνατε ἐπιθυμίαν, οὕτω κατασπάτε ἀπόνοϊαν. Καὶ ἦν πᾶσα ἢ γῆ χειλὸς ἐν, καὶ φωνὴ μία πᾶσιν. Ἴδου τὸ ζητούμενον ἔτι. Οὐ περὶ ταύτης ὁ λόγος, ἀλλ' ὅτι πάντες οἱ ἀνθρωποὶ φωνὴν εἶχον μίαν. Διὰ τί δὲ χειλὸς ἐν ἐκάλεσε τὴν φωνήν; Ἔθος τῇ Γραφῇ οὕτω καλεῖν τὰ ῥήματα, γλῶσσαν. Ἀναγκαῖον δὲ καὶ τοῦτο εἶδέναι διὰ τοὺς αἰρετικούς, τοὺς κατηγοροῦντας τῆς δημιουργίας τοῦ Θεοῦ, τοὺς λέγοντας, ὅτι πονηρὸν τὸ σῶμα. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ πονηρὰ κινήματα τῆς διανοίας τοῖς μέλεσι τοῦ σώματος ἢ Γραφῇ καλεῖ· οἶδόν τι λέγω· Ἠκόνθησαν γλῶσσαν αὐτῶν ὡσεὶ ὄφρος· Ἡ γλῶσσα αὐτῶν μάχαιρα δξεία· νομίζουσιν οὖν τινες, ὅτι περὶ τῆς γλώττης εἴρηται. Οὐκ εἴρηται δὲ περὶ τῆς γλώττης· μὴ γένοιτο· ἔργον γὰρ ἔστι τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ περὶ τῶν ῥημάτων τῶν φονικῶν, τῶν ἀποκτινύντων ἀνθρώπους, τῶν ἐμπίπτόντων ξίφος χαλε-

* Savil ἀγενές.

ἢ Hic aliquid vitii suspicatur Joan. Boisius, et addit κατηγορία post ἐπιθυμίας.

ciare, ut infirmitatem tuam discas : adhuc viventem hominem scrutare, atque in ejus viscera cogitatione descende, tum videbis, quam nihili sit et abjectus. Attamen noli animum despondere : neque enim quod nos odio prosequeretur, sed quod mitius nobiscum ageret, id fecit Deus, magnamque nobis humilitatis occasionem præberet. Nam si homo, cum terra sit et cinis, dicere ausus est, *In cælum ascendam (Isai. 14. 13)* : nisi frenum injectum esset naturæ, quo non ejus animus provectus esset? Quando igitur quempiam videris superbientem, erecta cervice, sublatis superciliis, curru vectum, minantem, mittentem in carcerem, morti tradentem, injuriam inferentem, dic illi : *Quid superbit terra et cinis? Quoniam et in vita ejus ad nihilum redacta sunt intima ejus.* Hæc non de homine tantum privato, sed etiam de illo ipso, qui in solio sedet regio, dici possunt. Noli enim purpuram, neque diadema, neque aurea vestimenta respicere, sed in ipsam inquire naturam, neque quidquam illam habere amplius quam unam e vulgo videbis : imo vero, si placet, et purpuram, et diadema, et vestes, et omnem illam percurrere pompam, atque horum ipsorum rursus terram materiam esse cognosces. *Omnis enim gloria hominis ut flos fœni (Isai. 40. 6).* Ecce vel ipsa etiam terra vilior totus ille apparuit ornatus. Vides ut fastum reprimat? ut arrogantiam omnem ipsius naturæ recordatio retundat? Sufficit tantum ut cogitemus quinam simus, et quibus ex rebus compacti, tum omnis superbia cogitationum evanescet. Propterea namque duabus nos ex substantiis compegit Deus, ut si quando in superbiam efferaris, vilitas carnis te deprimat : si quando autem tibi quiddam veniat in mentem indignum, et quod ab honore a Deo collato degeneret, animæ nobilitas ad celestium virtutum æmulationem te provehat.

7. Neque vero tantum ad tollendam superbiam est idonea consideratio naturæ, sed et si alia quævis cupiditas obturbet, sive pecuniarum, sive corporum ista turpis et quæ ad lasciviam provocat, ad perturbationem sedandam hoc sufficit. Cum ergo formosam mulierem videris, cui micantes oculi sunt et hilares, cui nitentes genæ, cujus in vultu eximia quædam appareat pulchritudo, quæ mentem tuam inflammet, et libidinem augeat, cogita terram illud esse quod miraris, cinerem esse quod te accendit, et insanire anima desinet : detege cutem vultus ejus, tum ipsam omnem pulchritudinis vilitatem videbis : ne in superficie consistas, sed interius cogitatione progredere, nec aliud quidquam præter ossa, nervos, ac venas reperies. At non sufficiunt ista? Cogita mihi mutatam illam, senescentem, ægrotam, subsidentes oculos, excavatas genas, totum illum florem defluentem : cogita quid admireris, et tui judicii te pudebit. Lutum miraris et cinerem, pulvis te incendit et fœvilla. Non hæc eo dico, ut naturam accusem ; absit : nec ut vituperem, aut tamquam vilem deprimam, sed ut ægrotantibus medicamenta componam. Ideo talem ipsam Deus condidit, adeo vilem, ut et suam virtutem et curam de nobis ostendat, dum naturæ vili-

tate nos ad humilitatem inducit, omnemque nostram cupiditatem coercet, ac sapientiæ suæ specimen edit, ut qui etiam in luto possit tantam pulchritudinem exhibere. Dum igitur substantiam parvi facio, tum Opificis artem detego. Nam ut statuarium tum magis admiramur, non cum præclaram ex auro statuam exhibuerit, sed cum ex subjecta luti materia perfectam et eximiam imaginem fuerit fabricatus : ita quoque summum artificem Deum obstupescimus et glorificamus, quod in pulvere ac luto pulchritudinem quandam immensam et ineffabilis cujusdam sapientiæ specimen in nostris corporibus collocarit. Atque hoc non in corpore solum nostro, sed et in omni præstitit creatura. Nam cum viles passim produxisset substantias, et artis suæ specimen in illis insigne posuit, et substantiarum infirmitatis indicium quoddam immiscuit : ut cum propter artem ac pulchritudinem laudes Artificem, tum propter infirmitatem vilitatemque naturæ ac substantiæ, quæ creata sunt non adores. Splendidus est sol, dum affulget, totumque terrarum orbem illuminat : sed cum nox advenerit, deficit. *Quid enim, inquit, lucidius sole? Sed et hoc deficit (Eccli. 17. 50)* ; neque vero noctu solum, sed et interdiu. Atque idcirco sæpe interdiu solis defectus intervenit, ut Opificem quidem propter artificium laudes, sed propter imbecillitatem quod creatum est non adores. Vides hoc cælum, quale sit corpus? quam pulchrum? quam refulgens? quod, si speciem externam spectes, vel ipsis corporibus nostris est præstantius. At expers est animæ. Vides et artis specimen, et indicium infirmitatis? vides utrinque tibi parata præsidia? Nam ut Opificem tamquam imbecillum non damnes, pulchras condidit creaturas : ut autem quæ condita sunt tamquam deos non adores, ex parte infirma illa fabricatus est. Hæc perpetuo memoria tenete.

Morum correctio finis Scripturæ. Manichæos redarguit. — Ideo Scripturas interpretamur, non ut Scripturas tantum intelligatis, sed ut mores emendatis. Nisi enim hoc fiat, frustra legimus, frustra exponimus. Nam sicut cum in palæstram ingressus fuerit athleta unctus, et pædotribæ manu curaque instructus, si cum certaminis tempus advenerit, artem illam inutilem esse ostenderit, frustra in palæstram introductus est : ita cum huc conveneritis, et luctas omnes, et in lucta nexus diaboli didiceritis, si cum certaminis tempus inciderit, supplantemini, dum vel formosum vultum videritis, vel in superbiam elati fueritis, vel alia prava quapiam cogitatione subacti, frustra in hunc locum ingressi estis. Mementote igitur sermonum, quos non adversus naturam nostram, sed adversus lasciviam cupiditatem direximus. Non ut naturam criminemur, hæc dicimus, sed ut cupiditatem insectemur. Hoc pacto iram reprimate, sic cupiditatem mitigate, sic arrogantiam retundite. *Et erat omnis terra labium unum, et vox una omnibus (Gen. 11. 1).* Ecce adhuc propositam quæstionem. Non de hac est sermo, sed quod omnes homines eandem linguam haberent. Quare vero labium unum linguam

vocavit? Scripturæ mos est ita sermones linguam vocare. Id vero fuerit operæ pretium nosse propter hæreticos, qui Dei opificium accusant, qui corpus malum esse dicunt. Nam quia pravos animi motus per corporis membra Scriptura designat: exempli causa, *Acuerunt linguam suam sicut serpentis; Lingua eorum gladius acutus (Psal. 159. 4. et 56. 5)*: existimant quidam de lingua dictum esse. Non est autem de lingua dictum: absit; est enim lingua Dei opus; sed de verbis homicidarum, quæ homines jugulant, quæ funestius quam ensis invadunt. *Lingua eorum gladius acutus*; et rursus: *Labia dolosa in corde, et corde loquuta sunt mala (Psal. 11. 3)*: non de membro corporis loquens, sed de subdolis verbis. Ita cum hoc loco dixisset, *Et erat omnis terra labium unum*, non hoc docuit, omnes homines unum labium habuisse, sed labium vocem appellavit. Cum enim dixisset, *Erat omnis terra labium unum*, subjunxit, *Et vox una omnibus*. Ita cum dixit, *Sepulcrum patens est guttur eorum (Psal. 5. 11)*, non guttur accusat, sed mala verba, quæ inde ascendunt, mortua dogmata. Hoc enim sepulcrum est, mortuorum ossium corporumque receptaculum. Talia sunt et illorum ora, qui Creatorem accusant, talia sunt eorum hominum ora, qui turpia verba proferunt, qui conviciantur, qui ex suo guttore foetida pravaque verba profundunt.

8. Bono illud odore comple, mi homo, non foetore: thesaurum illud regium, non satanicum sepulcrum effice. Quod si sepulcrum sit, saltem occlude, ne foetor exeat. Pravae tibi sunt cogitationes? Ne verbis illas proferas: sine deorsum jacere, tum cito suffocabuntur. Homines sumus, sæpe multa prava, foeda, turpiaque consilia mente versamus; sed ne cogitationes in verba progredi sinamus, ut deorsum compressæ imbecilliores reddantur et pereant. Nam sicut ubi quis diversi generis ac feroces bestias in lacum immiserit, si forte superne lacum obturaverit, facile illas suffocat: sin autem illis exeundi vel respirandi facultatem aliquam concesserit, multum illis præbet solatii, neque sinit interire, sed efferationes multo reddit: ita fit in malis cogitationibus, cum exortæ intus fuerint: si omnem illis viam, ne foras prodeant, intercluserimus, celeriter illas opprimemus: sin autem illas verbis in lucem protulerimus, cum validiores illas reddemus, et quasi per linguam respirandi facultatem illis concedemus, tum ab illa turpium verborum exercitatione in foedarum actionum barathrum quam celerrime devolvemur. Idcirco non simpliciter Sepulcrum vocavit propheta, sed, *Sepulcrum patens*, istud ipsum quod dixi vitio vertens. Non enim seipsum tantum afficit ignominia, qui turpia verba profert, sed et proximos suos, et eos qui cum ipso versantur, multis sordibus opplet. Et quemadmodum si sepulcra reseremus, civitates peste complebimus: ita si turpia licenter aperiantur ora, cunctos, qui cum illis congregentur, gravissimis morbis inficient. Idcirco januam oportet, vectem, ac frenum ori imponere. Unam itaque tum fuisse linguam, satis a nobis per hæc demonstratum est; reliquum est, ut

quam ob causam multæ fuerint invectæ dicamus. Sed interim sermonem ad mores instruendos pertinentem inferamus: doceamus linguam nostram frenum gerere, nec omnia temere proferre, quæ in mentem venerint, non fratres accusare: non mutuo nos mordere ac devorare. Pejores sunt illis qui corpora mordent, illi qui verbis id agunt. Illi corpus dentibus mordent, hic animam verbis mordet, existimationem vulnerat, immedicabile vulnus infligit: quapropter tanto graviore supplicio plectetur, quanto graviore morsu invadit. Neque vero tantum ideirco veniam non impetrabit is qui accusat, sed etiam quod neque justum nec injustum possit improbitati suæ prætextum obtendere. Nam alia quidem peccata licet causas habeant a ratione tamen alienas, habent tamen: utpote, scortator libidinem explet, fur paupertatem solvit, homicida iracundiam sedat; maledicus nullam potest occasionem afferre. Quam enim, quæso, pecuniarum copiam acquirit? quam libidinem explet? Nihil aliud est, quam invidiæ materia, cui nulla suppetit justa causa nec injusta. Propterea nulla venia digna censetur. Vis accusare? Utilem tibi materiam præbeo. Vis maledicere? Maledic tuis peccatis. *Dic enim, inquit, tu peccata tua prior, ut justificeris (Isai. 43. 26)*. Vides maledicentiam, quæ coronam, et laudem, et testimonium justitiæ refert? Rursus, *Justus in principio sermonis accusator est sui (Prov. 18. 17)*, non alterius. Si alterius fueris accusator, punieris: si tuiipsius, coronaberis. Atque ut intelligas, quantum sit bonum delictum suum accusare, *Justus in principio sermonis, inquit, accusator est sui*. Verum si justus est, quomodo accusator? si accusator, quomodo justus? Justus accusationi non est obnoxius. Sed ut scias, licet peccator sit aliquis, si accuset peccata sua, justum eum accusatione sua fieri, propterea dixit, *Justus in principio sermonis accusator est sui*. Quid porro est, *In principio sermonis?* Diligenter attende. In judiciis duæ sunt partes, una eorum qui deferunt, altera eorum qui deferuntur; una eorum qui accusant, altera eorum qui accusantur; hi rei sunt, illi non sunt rei: principium sermonis accusatori conceditur, qui reus non est. Hic vero contrarium est agendum. Tu, qui reus es, sermonis initium præripe, ut reus esse desinas: ne accusatorem exspectes. Tametsi es inter reos, prius tamen, quam ab illo tale quidpiam audias, ipse quæ a te peccata sunt defer. Machæra quædam acuta est lingua: verumtamen cæteris vulnera non infligamus, sed ulcera nostra reseceamus. Vis scire morem fuisse justorum, ut aliis non maledicerent, sed sibiipsis? Audi Paulum clamantem: *Gratias ego ei, qui me confortavit, Christo, qui fidelem me existimavit, ponens in ministerio: qui prius blasphemus fui, et persecutor, et contumeliosus (1. Tim. 1. 12. 13)*. Vides quo pacto in seipsum maledicta conjiciat? et rursus: *Christus venit in mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum (Ibid. v. 15)*. Et alibi rursus: *Non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei (1. Cor. 15. 9)*.

9. Vides quo pacto ubique sibi maledicat? Novit

πωτερον. Ἡ γλώσσα αὐτῶν μάχαιρα ὀξεῖα καὶ πάλιν· *Χεῖλη δόλια ἐν καρδίᾳ, καὶ ἐν καρδίᾳ ἐλάλησε κακὰ* οὐ περὶ τοῦ μέλους λέγων τοῦ σώματος, ἀλλὰ περὶ τῶν ὑπούλων ῥημάτων. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα εἰπὼν, *Καὶ ἦν πᾶσα ἡ γῆ χεῖλος ἐν*, οὐ τουτο ἐδίδαξεν, ὅτι πάντες ἄνθρωποι εἶχον ἐν χεῖλος, ἀλλὰ χεῖλος τὴν φωνὴν ἐκάλεσεν. Εἰπὼν γάρ, *Ἦν πᾶσα ἡ γῆ χεῖλος ἐν*, ἐπήγαγε, *Καὶ φωνὴ μία πᾶσιν*. Οὕτως ὅταν λέγη, *Τάφος ἀνεωγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν*, οὐ τοῦ λάρυγγος κατηγορεῖ, ἀλλὰ τῶν κακῶν ῥημάτων τῶν ἀναβαινόντων ἐκεῖθεν, τῶν νεκρῶν δογματῶν. Τάφος γὰρ τοῦτό ἐστι, νεκρῶν δοχεῖον ὁσίων καὶ σωμάτων. Τοιαῦτα κακίων τὰ στόματα, τῶν κατηγορούντων τοῦ Δημιουργοῦ· τοιαῦτα τὰ στόματα τῶν αἰσχρὰ φθειγγομένων ἀνθρώπων, τῶν λοιδορούντων, τῶν δυσώδη καὶ πονηρὰ ῥήματα ἐκ τῆς οἰκείας φάρυγγος ἐκβαλλόντων.

η'. Εὐωδίας αὐτὴν ἐμπλησον, ἄνθρωπε, μὴ δυσωδίας· θησαυρὸν ποιήσον βασιλικόν, μὴ τάφον σατανικόν. Εἰ δὲ τάφος ἐστὶ, πᾶν ἀπόκλεισον, ἵνα μὴ προβαίνῃ ἡ δυσωδία. Πονηρὰ ἔχεις ἐνθυμήματα; Μὴ προενέγκῃς αὐτὰ διὰ ῥημάτων· ἔασον κάτω κεῖσθαι, καὶ ταχέως ἀποπνίγονται. Ἄνθρωποι ἐσμεν, πολλὰ πολλάκις πονηρὰ βουλευόμενοι καὶ ἄτοπα καὶ αἰσχρὰ βουλεύματα· ἀλλὰ μὴ συγχωρῶμεν εἰς ῥήματα τὰ νοήματα ἃ προελθεῖν, ἵνα πιεζόμενα κάτω ἀσθενέστερα γίνηται καὶ ἀπολλύηται. Καθάπερ γὰρ θηρία τις παντοδαπά καὶ ἀνήμερα εἰς λάκκον ἐμβαλὼν, ἂν μὲν ἐμφράξῃ τὸν λάκκον ἄνωθεν, ἀποπνίγει βραδίως· ἂν δὲ διέξοδόν τινα καὶ ἀναπνοὴν παράσῃ μικράν, πολλὴν αὐτοῖς δίδωσι τὴν παραμυθίαν, καὶ οὐκ ἀφήσιν ἀπολέσθαι, ἀλλ' ἐκθηριοῖ μειζόνως· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν λογισμῶν γίνεται τῶν πονηρῶν, ὅταν τεχθῶσιν ἔνδον, ἂν μὲν ἀποκλείωμεν αὐτῶν τὴν εἰς τὰ ἔξω πρόοδον, ταχέως αὐτοὺς ἀφανίζομεν· ἂν δὲ διὰ τῶν ῥημάτων αὐτοὺς ἐξενέγκωμεν, κακίους ἰσχυροτέρους ἐργασάμεθα, δόντες ἀναπνεῦσαι διὰ τῆς γλώττης αὐτοῖς, καὶ πρὸς τὰ τῶν ἀτόπων πράξεων βάραθρα ταχέως ἀπὸ τῆς [194] τῶν αἰσχρῶν ῥημάτων μελέτης καταπίπτομεν. Διὰ τοῦτο ὁ προφήτης οὐχ ἀπλῶς τάφον ἐκάλεσεν, ἀλλὰ *Τάφον ἀνεωγμένον*, αὐτὸ τοῦτο ἐγκαλῶν ἔπερ εἶπον. Οὐδὲ γὰρ ἑαυτὸν αἰσχύνει μόνον ὁ τὰ αἰσχρὰ φθειγόμενος ῥήματα, ἀλλὰ καὶ τοὺς πλησίον, καὶ τοὺς συγγινομένους αὐτῷ πολλῆς ἀναπίμπλησι τῆς λύμης. Καὶ καθάπερ εἰ τοὺς τάφους ἀνοίξομεν, λοιμοῦ τὰς πόλεις ἐμπλήσομεν· οὕτω τὰ αἰσχρὰ στόματα εἰ μετὰ ἀδείας ἀνοίγοιτο, τοὺς συγγινομένους ἅπαντας νόσου χαλεπωτάτης ἐμπλήσει. Διὰ τοῦτο χρὴ θύραν καὶ μοχλὸν καὶ χαλινὸν ἐπιθεῖναι τῷ στόματι. Ὅτι μὲν οὖν μία φωνὴ ἦν τότε, ἱκανῶς ἐκ τούτων ἡμῖν ἀποδέδεικται· λοιπὸν δὲ ἀναγκαῖον εἰπεῖν, τίνος ἕνεκεν αἱ πολλαὶ ἐπεισῆχθησαν. Ἀλλὰ τέως τὸν ἥθικώτερον γυμνάσωμεν λόγον· παιδεύσωμεν τὴν ἡμετέραν γλῶτταν χαλινὸν ἔχειν, καὶ μὴ πάντα ἀπλῶς ἐκφέρειν τὰ ἀπὸ τῆς διανοίας· μὴ κακηγορεῖν τοὺς ἀδελφούς, μὴ ἀλλήλους δάκνειν καὶ κατεσθίειν. Τῶν δακνόντων τὰ σώματα χεῖρους εἰσὶν αἱ διὰ λόγων ταῦτο ποιοῦντες.

^a Apud Savil. hic textus deficit, jureque ille mendum suspicatus est.

Ἐκεῖνοι τοῖς ὀδοῦσι δάκνουσι τὸ σῶμα, οὗτος τοῖς λόγοις δάκνει τὴν ψυχὴν, τιτρώσκει τὴν ὑπόληψιν, ἀνίατον ποιεῖ τὸ τραῦμα. Διόπερ μείζονα ἐκδέξεται κόλασιν καὶ τιμωρίαν, ὅσον χαλεπώτερον ἐντίθησι τὸ δῆγμα. Οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον ἐκπεσεῖται συγγνώμης ὁ κατηγορῶν, ἀλλ' ὅτι οὔτε δικαίαν οὔτε ἄδικον ἔχει πρόφασιν εἰπεῖν τῆς πονηρίας τῆς ἑαυτοῦ. Αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι ἁμαρτίαι κἂν ἀλόγους ἔχωσιν αἰτίας, ἀλλ' ὅμως ἔχουσιν· οἷον, ὁ πόρνος ἐπιθυμίαν πληροῖ, ὁ κλέπτης τὴν πενίαν λύει ^b, ἀνδροφόνος τὸν θυμὸν παύει· ὁ κατηγορῶν οὐδεμίαν ἔχει πρόφασιν εἰπεῖν. Ποῖαν γὰρ, εἰπέ μοι, χρημάτων περιουσίαν περιβάλλεται; ποῖαν ἐπιθυμίαν πληροῖ; Οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἡ βασκανίας ὑπόθεσις, οὔτε δικαίαν οὔτε ἄδικον ἔχουσα αἰτίαν. Διὰ τοῦτο ἀπεστέρηται συγγνώμης ἀπάσης. Βούλει κακηγορεῖν ^c; Δίδωμί σοι χρησίμην ὑπόθεσιν. Βούλει κακῶς λέγειν; Εἰπέ τὰς ἁμαρτίας σου κακῶς. Λέγε γὰρ σὺ, φησὶ, *τὰς ἁμαρτίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῆς*. Εἶδες κακηγορίαν στέφανον ἔχουσαν καὶ ἐγκώμιον καὶ δικαιοσύνην; Πάλιν, *Δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογία*· ἑαυτοῦ, οὐκ ἄλλου. Ἐὰν ἄλλου κατήγορος γένη, ἐκολάσθη· ἐὰν ἑαυτοῦ, ἐστεφανώθη. Καὶ ἵνα μάθης πόσον ἐστὶ καλὸν τὸ κατηγορεῖν τὸ ἑαυτοῦ παράπτωμα, *Δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογία*, φησὶ. Καὶ μὴν εἰ δίκαιος, πῶς κατήγορος; εἰ κατήγορος, πῶς δίκαιος; Ὁ δίκαιος οὐκ ἐστὶ κατηγορίας ὑπεύθυνος. Ἀλλ' ἵνα μάθης, ὅτι κἂν ἁμαρτωλὸς ἦ τις, κατηγορῆ δὲ τῶν ἁμαρτημάτων, διὰ τῆς κατηγορίας δίκαιος γίνεται, διὰ τοῦτο εἶπε, *Δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογία*. Τί δὲ ἐστὶν, *Ἐν πρωτολογία*; Πρόσεχε ἀκριθῶς· Ἐν τοῖς δικαστηρίοις δύο μέρη ἐστὶ, τῶν μὲν ἐναγόντων, τῶν δὲ ἐναγομένων· τῶν μὲν κατηγορούντων, τῶν δὲ κατηγορουμένων· τῶν μὲν ὑπευθύνων, τῶν δὲ ἀνευθύνων· καὶ ἡ πρωτολογία τῷ κατηγῶρῳ δίδεται, τῷ ἀνευθύνῳ. Ἐνταῦθα δὲ [195] τὸναντίον. Σὺ ὁ ὑπεύθυνος ἄρπασον τὴν πρωτολογίαν, ἵνα ἀνεύθυνος γένη· μὴ ἀναμείνης τὸν κατήγορον. Εἰ καὶ τῶν ὑπευθύνων εἶ, ἀλλὰ πρὶν ἢ παρ' ἐκεῖνου τι τοιοῦτον ἀκούσης, αὐτὸς κατηγόρησον τῶν ἡμαρτημένων. Μάχαιρά ἐστὶν ἡ γλῶσσα ἡκονημένη· ἀλλὰ μὴ ἐτέροις ἐπάγωμεν τραύματα, ἀλλὰ τὰς ἡμετέρας σηπεδόνας ἀποτέμνωμεν. Βούλει μαθεῖν ὅτι ἔθος ἦν τοῖς δικαίοις μὴ ἄλλους κακῶς λέγειν, ἀλλ' ἑαυτοὺς; Ἀκουσον τοῦ Παύλου βοῶντος· *Χάριν ἔχω ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ, ὅτι πιστόν με ἠγήσατο θέμενος εἰς διακονίαν, τὸν πρότερον βλάσφημον ὄντα, καὶ διώκτην, καὶ ὑβριστήν*. Ὅρας πῶς ἑαυτὸν κακῶς λέγει; Καὶ πάλιν, *Χριστὸς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ*. Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ, *Οὐκ εἰμι ἱκανός, φησὶ, καλεῖσθαι ἀπόστολος, διότι ἐδίωξα τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ*.

θ'. Εἶδες πῶς πανταχοῦ ἑαυτὸν κακῶς λέγει; Οἶδε γὰρ τῆς κατηγορίας ταύτης τὸ κέρδος, ὅτι δικαιοσύνην ἐργάζεται. Ὅταν μὲν οὖν αὐτὸν ἑαυτοῦ κατηγορεῖν

^b Sic Colbert. recte. In editis λύει deest. Ibid. ὁ κατηγορῶν. Sic etiam legendum supra cum Savil. existimo συγγνώμης ὁ κακηγορῶν. Et forte alibi sæpe in hac homilia κατηγορῶν pro κακηγορῶν positum fuerit

^c Sic Colb. Alii κατηγορεῖν.

δέη, ἀφειδῶς κέχρηται τῇ κατηγορίᾳ· ὅταν δὲ καὶ ἑτέρους ἴδῃ τοῖς ἀλλοτρίοις δικάζοντας κακοῖς, ὄρα μεθ' ὅσης αὐτοὺς ἐπιστομίζει τῆς ἀυστηρότητος, οὕτως λέγων· *Ὡστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτά τοῦ σκοῦτους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν.* Ἐκείνῳ τήρησον τὸ δικαστήριον, τῷ τὰ ἀπόρρητα εἰδῶτι τῆς διανοίας. Κἂν ἀκριβῶς νομίζῃς εἰδέναι τὰ τοῦ πλησίον, ἐσφαλταί σου ἡ κρίσις. *Τίς γὰρ οἶδε, φησὶ, τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ;* Πόσοι τῶν ἀπερρίμμένων καὶ εὐτελῶν ἡλίου φαειρότερον ἐκλάμπειν ἔχουσι! πόσοι τῶν μεγάλων καὶ περιφανῶν σποδῶς ὄντες καὶ τάφος κεκονικμένος εὐρεθήσονται! Ἦκουσας πῶς ὁ Παῦλος ἑαυτὸν κακῶς λέγει, μετὰ σφοδρότητος καὶ ὑπερβολῆς ἁμαρτημάτων, ὧν οὐκ ἔμελλεν εὐθύναις ὑπέχειν, συνεχῶς μεμνημένον; Βλάσφημος γὰρ καὶ διώκτης καὶ ὕβριστής πρὸ τοῦ βαπτίσματος ἦν, ἐκεῖνα δὲ τὰ ἁμαρτήματα ἔλυσε τὸ βάπτισμα· ἀλλ' ὅμως αὐτῶν μέμνηται, οὐκ ἐπειδὴ λόγον ἔμελλεν ὑπὲρ αὐτῶν ὑπέχειν, ἀλλ' ἵνα δείξῃ τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, καὶ τίνα ὄντα, οἷον κατεσκεύασεν^β, ἀπὸ διώκτου ποιήσας ἀπόστολον. Εἰ δὲ ἐκεῖνος τῶν ἀφανισθέντων ἁμαρτημάτων μέμνηται, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τῶν μετὰ τὸ βάπτισμα μεμνηθῆναι χρή. Τίς γὰρ ἡμῖν ἀπολογία ἔσται, ἢ ποία συγγνώμη, ὅταν ἐκεῖνος μὲν τῶν ἀνευθύνων μνημονεύῃ συνεχῶς, ἡμεῖς δὲ μηδὲ ὧν μέλλομεν λόγον ὑπέχειν, μηδὲ τούτων ἑαυτοὺς ὑπομιμνήσκωμεν, ἀλλ' ἀφέντες τὰ οἰκεῖα, τὰ ἀλλότρια περιεργαζώμεθα κακά; [*Ἄκουσον τὸν Πέτρον λέγοντα· Ἐξέλθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι.*] Ἄκουσον πῶς [196] καὶ Μαθθαῖος τῆς προτέρας ἑαυτοῦ κατηγορεῖ ζωῆς, καὶ τελώνην ἑαυτὸν καλεῖ, καὶ οὐδὲ ἀισχύνεται τὸν πρότερον ἐκπομπεύων βίον. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν εἶχον κατηγορεῖν ἑαυτῶν μετὰ τὸ βάπτισμα, τῶν προτέρων ἐμέμνητο, παιδεύοντας ἡμᾶς τῶν μὲν ἀλλοτρίων κακῶν μηδένα ποιεῖσθαι λόγον, τὰ δὲ οἰκεῖα μεριμνᾶν καὶ συνεχῶς ἀναστρέφειν.

Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἕτερον φάρμακον τοιοῦτον πρὸς τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἀνάφρασιν, ὡς ἡ συνεχῆς αὐτῶν ἀνάμνησις, καὶ ἡ διηνεκῆς αὐτῶν κατηγορία. Οὕτως ὁ τελώνης τὰ μυρία ἡδυνήθη κακὰ ἀποθέσθαι, ἵνα εἴπῃ· *Ὁ Θεός, Ἰλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ.* οὕτως ὁ Φαρισαῖος τῆς δικαιοσύνης ἀπάσης ἐξέπεσεν, ὅτι ἀφείλετο λογίζεσθαι τὰ αὐτῷ πεπλημμελημένα, τὴν οἰκουμένην κατεδίκαζε, λέγων· *Οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἄρπαγες καὶ πλεονέκται, οὐδὲ ὡς οὗτος ὁ τελώνης.* Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος παρήγει λέγων· *Ἐκαστος δὲ δοκιμάζτω τὸ ἑαυτοῦ ἔργον, καὶ τότε εἰς ἑαυτὸν μόνον τὸ κἀύχημα ἔξει, καὶ οὐκ εἰς τὸν ἕτερον.* Βούλει μαθεῖν καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ πῶς οἱ δίκαιοι κατηγορήσαν ἑαυτῶν; Ἄκουε καὶ τούτων ἐκεῖνοις συνῶδᾳ φθεγομένων. Ὁ μὲν γὰρ Δαυὶδ ἔλεγεν· *Αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῆραν τὴν κεφαλὴν μου· ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμέ.* Ὁ δὲ Ἠσαΐας ἐβόη· *Οἴμοι ὁ τάλας ἐγώ, ὅτι ἄνθρωπος ὢν καὶ ἀκάθαρτα χεῖλη ἔχων.* Καὶ οἱ τρεῖς παῖδες ἐν καμίνῳ διατρίβοντες, καὶ τὰ σώματα θανάτῳ διὰ τὸν Θεὸν παραδόντες, ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῶν ἁμαρτωλῶν ἑαυτοὺς ἠρίθμουν, *Ἠμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, λέγοντες· καίτοι τί λαμ-*

πρότερον ἐκείνων, τί καθαρώτερον ἦν; Καὶ γὰρ εἰ καὶ τινες ἦσαν ἁμαρτίας πεποιητότες, πάσας ἀπέσμηξε τῆς φλογὸς ἐκείνης ἡ φύσις. Ἄλλ' οὐ πρὸς τὰ κατορθώματα ἐώρων τὰ οἰκεῖα, ἀλλὰ τὰ ἁμαρτήματα ἀνελογίζοντο. Οὕτω καὶ Δανιὴλ μετὰ τὸν λάκκον τῶν λεόντων, μετὰ τὰς μυρίας τιμωρίας, ἃς ὑπέμεινε, καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ κατηγορεῖ, τοῦ δὲ πλησίον οὐδεὶς. *Τί δὴ ποτε;* Ὅτι ὁ μὲν ἑτέρους λέγων κακῶς, παροξύνει τὸν Δεσπότην. Ὁ δὲ ἑαυτὸν λέγων κακῶς, ἐξίλειο καὶ καταλλάττει· καὶ τὸν δίκαιον δικαιοτέρον ἀπεργάζεται, καὶ τὸν ἁμαρτωλὸν ἐξαρπάζει τῶν ἐγκλημάτων καὶ συγγνώμης ἄξιον ποιεῖ. Ταῦτ' οὖν εἰδότες, μὴ τὰ ἀλλότρια, ἀλλὰ οἰκεῖα πολυπραγμονῶμεν κακά· ἀναπτύξωμεν ἡμῶν τὸ συνειδὸς, ἀναμνησθῶμεν ἡμῶν τὴν ζωὴν ἅπασαν^β, ἕκαστον τῶν ἁμαρτημένων ἡμῖν περιεργασώμεθα, καὶ μὴ μόνον μὴ λέγωμεν κακῶς ἑτέρους, ἀλλὰ μηδὲ ἀκούωμεν ἑτέρων λεγόντων κακῶς. Καὶ γὰρ καὶ τούτου ἐγκλημα κεῖται καὶ τιμωρία μεγίστη· *Ἀκοῆν γὰρ, φησὶ, ματαίαν μὴ παραδέξῃ.* Οὐκ εἶπεν, Ἄκοῆ ματαίᾳ μὴ πιστεύσῃς, ἀλλὰ, *Μηδὲ δέξῃ αὐτήν· ἀπόφραξον τὰ ὦτα, ἀποτείχισον τῇ κατηγορίᾳ τὴν εἴσοδον, δείξον ὅτι τοῦ κατηγορουμένου οὐκ ἔλαττον αὐτὸς ὁ ἀκούων ἐχθρὸς εἶ καὶ πολέμιος τῷ κακῶς λέγοντι.* Μίμησαι τὸν [197] προφήτην οὕτω λέγοντα· *Τὸν καταλαλοῦντα λάθρα τὸν πλησίον αὐτοῦ, τοῦτον ἐξεδίωκον.* Οὐκ εἶπεν, ὅτι οὐκ ἐπίστευον, οὐδὲ ὅτι οὐ παρεδεχόμεν τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ καὶ ἀπήλαυον, ὡς ἐχθρὸν καὶ πολέμιον.

γ'. Ἄλλ' εἰσὶ τινες, οἱ ψυχρᾷ παραμυθία ἑαυτοὺς παραμυθοῦνται, οὕτως λέγοντες· Κύριε, μὴ στήσῃς μοι τὴν ἁμαρτίαν ταύτην, ὅτι ἀκοῆς λόγον ὀφείλω. Τίς χρεῖα τῆς ἀπολογίας; τίς χρεῖα τῆς συγγνώμης ταύτης; Σίγησον, καὶ ἀπήλλαξαι τῶν ἐγκλημάτων· μηδὲν εἴπῃς, καὶ καθαρὸς εἶ τῆς ἀγωνίας. Τί σαυτῷ πράγματα πλέκεις, καὶ παρὰ Θεῷ, καὶ παρὰ ἀνθρώποις; Τί ποιεῖς ὑπεύθυνον ἑαυτὸν ἐγκλημάτων; τί τὸ φορτίον βαρύτερον δεσμεῖς; Οὐκ ἀρκεῖ σοι περὶ τῶν οἰκειῶν κακῶν εὐθύναις ὑποσχεῖν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρας ἁμαρτίας ἐπισωρεύεις σαυτῷ; Περιττὴ αὕτη ἡ ἀπολογία· οὐκ ἀκοῆς λόγον ὀφείλεις, ἀλλὰ κατηγορίας λόγον χρεωστεῖς. Ὅταν γὰρ ἀκούσας, οὐ σιγήσῃς, οὐ τῆς ἀκοῆς λόγον μόνον ὀφείλεις, ἀλλὰ καὶ κατηγορίας. *Ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου δικαιοθήσῃ, φησὶ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου κατακριθήσῃ.* Ταῦτα οὐχ ὑπὲρ τῶν κακῶς ἀκούοντων, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν κακῶς λεγόντων δεδοικῶς λέγω καὶ διαμαρτύρομαι. Ὁ μὲν γὰρ κακῶς ἀκούσας, οὐδὲν ἐπηρέασται, οὐδὲ ἐβλάβη· ἀλλ' ἂν μὲν ψευδῆ ἦ τὰ περὶ αὐτοῦ λεγόμενα, καὶ μισθὸν ἔχει· ἂν δὲ ἀληθῆ, οὐδὲν οὐδὲ οὕτως ἐπηρέασται παρὰ τὴν σὴν κατηγορίαν. Οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τῆς σῆς λυιδρίας οἶσει τότε τὴν ψῆφον αὐτῷ ὁ δικάζων. Εἰ δὲ χρή τι καὶ θαυμαστὸν εἶπεῖν, καὶ τὰ μέγιστα κερδανεῖ γενναίως φέρων τὴν βλασφημίαν, ὡσπερ οὖν καὶ ὁ τελώνης· ὁ δὲ κακῶς λέγων, ἂν τε ἀληθῆ κακῶς εἴπῃ τὸν πλησίον, τὰ μέγιστα ἠδικηται. Καὶ ὅτι μὲν ὁ συκοφαντῶν ἀπόλωλεν, οὐδὲ ἀποδείξεως χρεῖα· ὅτι δὲ, κἂν ἀληθῆ λέγῃ, φορτικώτερον ἑαυτῷ ποιεῖ τὸ δικαστήριον, ἐκπομπεύων τὰς τοῦ πλησίον συμφοράς, καὶ σκανδάλων αἷτιος γινόμενος, ἃ κρύπτειν δεόν, ἐκκαλύπτων ἅπασιν, καὶ κτηρύτων τὰ ἁμαρτήματα

^β Colb. τίνα ὄντα τίνα κατεσκεύασεν.

^β Colb. τῆς ζωῆς ἀπόσις.

quippe quæ hujus Medicinæ sit utilitas, quod justitiam pariat. Quando igitur ut seipsum accuset opus fuerit, tum copiose accusationem instituit: quando autem viderit de alienis malis judicantes, vide quanta cum severitate os illis occludat his verbis utens: *Itaque nolite ante tempus quid judicare, quoadusque veniat Dominus, et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium* (1. Cor. 4. 5). Illi judicium reserva, qui secreta mentis novit. Quamvis accurate novisse te res proximi arbitris, fallitur judicium tuum. *Quis enim scit, inquit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est* (1. Cor. 2. 11)? Quam multi ex hominibus abjectis ac vilibus sole clarius refulsuri sunt! quam multi ex magnis et illustribus nihil aliud quam pulvis esse ac sepulcrum dealbatum reperientur! Audisti, qua ratione maledicta in se conjiceret Paulus, qui tam vehementer et copiose peccatorum, quorum rationem nullam redditurus erat, assidue meminisset? Nam ante baptismum blasphemus, et contumeliosus fuit, illa vero peccata delevit baptismus: attamen eorum meminit, non quod eorum rationem sit redditurus, sed ut Dei benignitatem ostendat, et qualis esset, cum ab ea fuit in alium transmutatus et ex persecutore factus apostolus. Quod si peccatorum ille quæ deleta fuerant, meminit, multo magis post baptismum admissorum nos oportet meminisse. Qua enim poterimus excusatione uti, qua digni videri, cum ille assidue meminerit eorum, quæ judicio non sunt obnoxia, nos vero quorum rationem reddituri sumus, ea nec in memoriam nobis revocemus, sed propriis neglectis in aliena mala curiosius inquiramus (Luc. 5. 8)? [Audi Petrum dicentem: *Exi a me, quia vir peccator sum*] (a). Audi quo pacto Matthæus quoque priorem suam vitam accuset, et se publicanum appellet (Matth. 10. 3), neque divulgare priorem suam vitam erubescat. Nam cum post baptismum nullius se criminis accusare possent, eorum quæ ante patrarant meminerunt, ut nos docerent alienorum malorum nullam habere rationem, sed propria curare, ac semper in animo volutare.

Peccatorum recordatio remedium. — Nullum enim est, nullum aliud tale ad peccata tollenda remedium, atque illorum assidua recordatio, ac perpetua eorumdem accusatio. Ita publicanus innumera potuit abjicere mala, ut diceret, *Deus, propitius esto mihi peccatori* (Luc. 18. 13): ita Pharisæus omni justitia excidit, quod omittens secum animo reputare quæ peccasset, totum orbem terrarum condemnaret, dicens: *Non sum sicut cæteri hominum, raptores, injusti, adulteri, neque ut hic publicanus* (Ibid. v. 11). Idcirco Paulus admonebat dicens: *Opus autem suum unusquisque probet, et sic in semetipso tantum gloriam habebit, et non in altero* (Gal. 6. 4). Vis discere, quo pacto in Veteri quoque Testamento justi seipsos accusarint, audi etiam istos illis consentanea loquentes. Nam David quidem dicebat: *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum; quasi onus grave gravatæ sunt super me*

(a) Quæ uacinis clauduntur in Colb. leguntur, sed in editis deerrant.

(Psal. 37. 5). Isaias vero clamat: *Hei mihi, quia homo cum sim, et immunda labia habens* (Isai. 6. 5). Et tres pueri, cum in fornace versarentur, et propter Deum morti corpora tradidissent, inter ultimos peccatores seipsos numerabant dicentes, *Peccavimus, inique egimus* (Dan. 3. 29): tametsi quid illustrius illis, quid mundius fuit? Quamvis enim peccata nonnulla commisissent, omnia tamen absterserat flammæ natura. Verum ad priora recte facta non respiciebant, sed peccata secum reputabant. Sic et Daniel post lacum leonum, post innumera supplicia quæ sustinuerat, ipse quoque seipsum accusabat, proximum vero nemo. Quid ita? Quia nimirum is, qui cæteros maledictis incessit, Dominum offendit: qui vero maledicta conjicit in seipsum, placat illum ac reconciliat sibi; et justiore reddit justum, et peccatorem crimine liberat, ac venia dignum reddit. Quæ cum ita nota sint nobis, ne in aliena, sed in nostra mala curiosius inquiramus, excutiamus conscientiam nostram: vitam omnem nostram reminiscendo recognoscamus, quæ a nobis peccata sunt accurate scrutemur, et non modo cæteros maledictis non incessamus, sed neque cæteros maledictis incessentes audiamus. Nam et huic rei crimen ac supplicium maximum est paratum: *Auditionem enim, inquit, vanam non suscipies* (Exod. 23. 1). Non dixit, Auditioni vanæ minime credes, sed, Ne suscipies quidem illam: aures obtura, criminationi aditum omnem interclude, neque minus inimicum et hostem esse te illius qui maledicit, quam sit ipse, qui accusatur, ostende. Imitare prophetam, qui sic inquit: *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequabar* (Psal. 100. 5). Non dixit, Non credebam, neque, Non approbavam quæ dicebantur, sed, Etiam tamquam inimicum et hostem repellebam.

10. Sed sunt nonnulli qui frivola quadam consolatione se consolantur dicentes: Domine, ne statuas mihi hoc peccatum, quia rationem reddere auditionis debeo. Quid hac excusatione, quid hac venia est opus? Tace modo, et omni crimine liberaris: nihil dicas, et ab omni trepidatione immunis eris. Cur tibi et apud Deum et apud homines negotium facessis? cur teipsum criminibus obnoxium reddis? cur sarcinam graviolem imponis? Non sufficit tibi, si de propriis delictis rationem reddas, sed et alia peccata tibi accumulatas? Supervacanea est hæc excusatio: non auditionis reddere rationem debes, sed accusationis reddendæ rationi es obnoxius. Cum enim postquam audieras, non silueris, non auditionis solum, sed etiam accusationis reddere rationem debes. *Ex verbis enim tuis justificaberis, inquit, et ex verbis tuis condemnaberis* (Matth. 12. 37). Hæc ego non propterea dico ac denuntio, quod iis timeam, qui male audiunt, sed iis qui maledicunt. Nam qui male audivit nulla contumelia, neque damno est affectus; sed si falsa sint, quæ de illo dicuntur, etiam mercedem referet: sin vera, ne sic quidem accusatio tua notam ignominie ullam inussit. Neque enim ex vituperio tuo tum iudex in illum sententiam feret. Quod si mirum quid et insolitum dicendum est, maximum

etiam quæstum faciet si convicia patienter ferat, ut fecit publicanus : at is qui maledicit, seu vera sint, seu falsa, quæ in proximum conjicit maledicta, maximo damno afficitur. Et calumniatorem quidem perhisse, nulla est opus demonstratione : sibi vero illum gravius iudicium accersere, licet vera dicat, dum miseras proximi divulgat, et scandalorum causam præbet, omnibus ea detegens, quæ occultanda fuerant, et proximi peccata prædicat, omnibus utique manifestum est. Nam si qui unum scandalizaverit, inevitabiles pœnas dabit, is qui innumeros rumore malo sparso scandalizat, quo non supplicio plectetur? Phariseus enim non mentiebatur, sed vera dicebat, dum publicanum vocabat publicanum, attamen pœnas dedit. Hæc igitur scientes, dilectissimi, maledicentiam fugiamus : neque enim gravius est isto nec facilius peccatum. Quid ita? Quod celerius, quam ullum aliud peccatum feratur, et confestim eum qui non attendit abripiat. Nam alia quidem peccata tempore indigent, et impensa, et dilatione, et adiutoribus, ac sæpe aliqua temporis mora interrumpuntur. Exempli causa : statuit aliquis interficere, statuit aliquis furari, et aliena rapere : multa necesse est moliatur, et sæpe, dum differt, iram sedat, a pravo conatu resilit, sceleratam illam sententiam abjicit, neque consilium ad opus perducit : at in maledicendo non ita fit, sed nisi attentis valde simus ac vigiles, facile abripimur : et neque tempore, neque dilatione, neque impensa, neque molitione nobis ulla est opus, ut maledicamus : sed sufficit ut tantum velimus, et statim voluntas in opus exit. Sola quippe lingua est quæ inservit. Quando igitur velox est malum, et facile nos circumstans peccatum, et pœna gravis ac supplicium, nec lucrum ullum, non parvum, non magnum, diligenter hanc morbum fugiamus, et aliena mala tegamus, neque

propalemus : admoneamus peccantes, ut dicit Dominus : *Si peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te et ipsum solum* (Matth. 18. 15). Itaque quanto minus fuerit publica reprehensio, tanto facilius medicinam adhibebis. Ne mordeamus, neque arrodamus aliena vulnera ; ne muscas imitemur, sed apes æmulemur. Muscæ vulneribus insident, eaque mordent : apes in flores involant. Idcirco istæ favos concinnant, illæ morbos corporibus invehunt, quibus insederint ; atque hæc quidem detestandæ sunt, illæ vero amabiles sunt et nobiles. Et nos igitur faciamus ut in pratum virtutis sanctorum anima nostra involet, et suavem recte factorum odorem ab illis effusum excitemus, proximorum vero vulnera ne vellicemus : quinimo si quos id agentes viderimus, os illis occludamus, supplicii metum illis objiciamus, et cognationis illis memoriam refricemus, quæ illis cum fratribus intercedit. Quod si nihil horum illos moveat, muscas illos appellemus, ut hujus saltem appellationis probro a pravo hoc instituto revocentur ; ut ab hoc inutili otio abducti malorum suorum inquisitioni otium omne impendant. Sic enim fiet, ut et qui lapsi sunt resurgant excitati memoria suorum criminum, quæ nequaquam fuerint divulgata, et qui propria mala semper animo secum reputaverint, facile illa deponant, ac peccatorum suorum recordatione ad alia patrandam tardiores reddantur, et qui sanctorum virtutem perpetuo fuerint contemplati, majori zelo ad eorum imitationem incenduntur : atque his omnibus efficietur, ut toto Ecclesiæ corpore a nobis feliciter instaurato, cum hoc cœtu in regnum cælorum intrare possimus, quod utinam nobis omnibus assequi contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo gloria, una cum Spiritu sancto, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

[199] Circa interpretationem in Daniele, quæ Chrysostomi nomen circumfert, et ex Bibliotheca Regia Scorialensi desumpta est, hæc præfatur Cotelerius, qui illam prior edidit : « Interpretatio in Daniele prima fronte plerisque videtur supposititia, qui forsitan ac merito solennes illas doxologias, consuetam perspicuitatem aliasque librorum melliti Patris dotes desiderabunt ac requirent. Incredibile certe memoratu quam pleraque omnia hic aut imperfecta, aut perturbata, magisque tentata quam perorata, epitomes denique ac eclogarum præferentia speciem. Verum tamen, ut id quod res habet dicam, inter centones ardens purpura elucet ; in turbidis rivulis limpidissimi fontis venæ scaturiunt. Quare ita censeo, Chrysostomum, quem in universam Scripturam commentarios scripsisse prodidit antiquitas, hujusce prolis patrem esse : sed illam pie expositam in eas incidisse manus, quæ in tollenda parum operæ posuerint ; eoque factum quod inficianda parenti soboles appareat. »

Verum certe est, in tam hiulca, tam strigosa, tam compendiosa narratione, qualem hic omnes haud dubie animadversuri sunt, aliquot dictionis Chrysostomi vestigia comparere, verba ipsi familiaria usur-

τοῦ πλησίον, παντί που δῆλόν ἐστιν. Εἰ γάρ ἓνα τις σκανδαλίσας, ἀπαραίτητον δώσει τιμωρίαν, ὁ μυρίους σκανδαλίζων διὰ τῆς πονηρᾶς φήμης, πόσῃ οὐχ ὑποστήσεται κόλασιν; Καὶ γάρ ὁ Φαρισαῖος οὐκ ἐψεύδετο, ἀλλ' ἀληθῆ ἔλεγε, τελώνην καλῶν τὸν τελώνην, ἀλλ' ὅμως δίκην ἔδωκε. Ταῦτ' οὖν εἰδότες, ἀγαπητοί, φεύγωμεν τὸ κατηγορεῖν. Οὐτε γάρ ταύτης χαλεπωτέρα, οὔτε εὐκολωτέρα ἐστὶν ἁμαρτία. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι πάσης παρανομίας ὀξύτερον δρᾶται, καὶ ταχέως συναρπάζει τὸν μὲ προσέχοντα. Αἱ μὲν γάρ ἄλλαι ἁμαρτίαι καὶ χρόνου δέονται, καὶ δαπάνης, καὶ μελλήσεως, καὶ συνεργῶν, καὶ πολλάκις ἐν τῇ τοῦ χρόνου διατριβῇ διακόπτονται. Οὐδὲν τι λέγω. Εἴλετο τις φονεῦσαι, εἴλετο τις ἀρπάσαι καὶ πλεονεκτῆσαι· πολλῆς αὐτῷ δεῖ τῆς πραγματείας, καὶ ἐν τῷ μέλλειν πολλάκις ἐξέλυσε τὸν θυμὸν, [198] ἀπέστη τῆς πονηρᾶς ὁρμῆς, κατέλυσε τὴν διεφθαρμένην γνώμην, οὐ προσέθηκε τὸ ἔργον τῇ βουλῇ· ἐπὶ δὲ τοῦ κακῶς λέγειν οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐάν μὴ σφόδρα ὤμεν νήφοντες, συναρπαζόμεθα ῥαδίως· καὶ οὔτε χρόνου, οὔτε μελλήσεως, οὔτε δαπάνης, οὔτε πραγματείας ἡμῖν δεῖ τινος, ὥστε κακῶς εἰπεῖν· ἀλλ' ἀρκεῖ μόνον ἐλέσθαι, καὶ εὐθέως εἰς ἔργον ἐξῆλθε τὸ βούλημα. Γλῶσσαι γάρ ἐστὶν ἡ ὑπηρετουμένη μόνον. Ἐπεὶ οὖν καὶ ὀξύρροπον τὸ κακὸν, καὶ εὐπερίστατος ἡ ἁμαρτία, καὶ χαλεπὴ ἡ κόλασις καὶ ἡ τιμωρία, καὶ κέρδος οὐδὲν, οὐ μικρὸν, οὐ μέγα, μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας φεύγωμεν τὸ νόσημα, καὶ τὰ ἀλλότρια περιστέλλωμεν κακὰ, καὶ μὴ ἐκπομπεύωμεν· παραινῶμεν τοῖς ἁμαρτάνουσι, καθὼς καὶ ὁ Κύριός φησιν· *Ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ὕπαγε, ἔλαττον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου.* Ὅστε τὸ ἀδημοσίευτον τῶν ἐλέγχων εὐκολωτέραν

^a Colb. κακὰ, καὶ θεραπεύωμεν. Περαινεῖσθαι τοῖς. Infra idem ὥστε τῷ ἀδημοσιεύτῳ τῶν ἐλέγχων, εὐκολωτέραν ποιῆσαι.

ποιήσει τὴν θεραπείαν. Μὴ δάκνωμεν, μηδὲ κατ-εσθίωμεν τὰ ἀλλότρια τραύματα· μὴ τὰς μυίας μιμησώμεθα, ἀλλὰ τὰς μελίττας ζηλώσωμεν. Αἱ μυῖαι τοῖς τραύμασιν ἐγκαθέζονται, καὶ δάκνουσιν· αἱ μελίτται τοῖς ἄνθεσιν ἐφίπτανται. Διὰ τοῦτο αὐταὶ μὲν κηρία πηγνύουσιν ^b, ἐκεῖναι δὲ νοσήματα ἐπάγουσιν, οἷς ἂν ἐπικαθεσθῶσι σώμασι· καὶ αἱ μὲν εἰς βδελυκταί, αἱ δὲ ποθειναὶ καὶ ἐπίδοξοι. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν τῷ λειμῶνι τῆς ἀρετῆς τῶν ἀγίων ἐπιπτήναι τὴν ψυχὴν παρασκευάσωμεν, καὶ συνεχῶς τὴν εὐωδίαν τῶν παρ' ἐκείνοις κατορθωμάτων ἀνακινῶμεν, τὰ δὲ τραύματα μὴ δάκνωμεν τῶν πλησίον· ἀλλ' εἰ καὶ τινὰς ἴδωμεν τοῦτο ποιούντας, ἐπιστομίζωμεν, τὸν φόβον αὐτοῖς τῆς κολάσεως ἐπιτειχίζοντες, τῆς συγγενείας αὐτοῦς ἀναμιμνήσκοντες τῆς πρὸς τοὺς ἀδελφοῦς. Εἰ δὲ μηδενὶ τούτων εἴκοιεν, μυίας αὐτοῦς καλῶμεν, ἵνα κἂν τὸ δνειδὸς τῆς προσηγορίας ταύτης ἀποστήσῃ τῆς πονηρᾶς μελέτης αὐτοῦς· ἵνα τῆς κακοσχολίας ταύτης ἀπαλλαγέντες, πᾶσαν τὴν σχολὴν εἰς τὴν ἔρευναν τῶν οἰκείων ἀναλίσκωσι κακῶν. Οὕτω γὰρ οἱ τε πεπτωκότες ἀναστήσονται τῇ μνήμῃ τῶν ἡμαρτημένων αὐτοῖς οὐκ ἐκπομπευομένων, οἱ τε τὰ οἰκεία ἀναλογιζόμενοι συνεχῶς κακὰ, ῥαδίως αὐτὰ ἀποθήσονται, τῇ μνήμῃ τῶν ἡμαρτημένων πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν πρᾶξιν ὀκνηρότεροι γινόμενοι, οἱ τε τὴν ἀρετὴν τῶν ἀγίων ἐπισκοποῦντες συνεχῶς, μέγιστον λήψονται ζῆλον πρὸς τὴν τῶν αὐτῶν μίμησιν· καὶ διὰ τούτων ἀπάντων ὀλικλήρου τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας ἡμῖν κατορθωθέντος, δυνησόμεθα μετὰ τοῦ πληρώματος τούτου εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εἰσελθεῖν· ἧς γένοιτο πάντα ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

^b Sie unus codex recte. Editi πηγνῶσι.

AD COMMENTARIUM, SEU INTERPRETATIONEM IN DANIELEM.

pari. Imo etiam explicandi modum a S. doctoris sententia non discedere, ut cum dicitur abominationis desolationis positam esse tempore Hadriani Augusti, quæ est ipsissima Chrysostomi opinio, ut diximus in nota. At vitia et intricata series, quæ non paucis in locis deprehenditur, hinc haud dubie procedunt quod unus tantum Codex Ms. hujus operis compareat, qui Codex multis in locis mendosus est. Quod vero tam compendiosæ hic explanationes offerantur, illud Chrysostomi interpretandi modo admodum repugnat, qui uberiores ubique præfert dicendi copiam. Unde fortasse dubitabunt quidam utrum Chrysostomi sit hic Commentarius, meque fateor non sine aliquo scrupulo hoc opus inter germana illius opera ponere. Verum potuit Chrysostomus hasce notulas primo scripsisse, ut ampliores deinde explanationes aggrediretur, ac cum Tillemontio existimo posse hunc Commentarium inter γνήσια opera connumerari.

Interpretationem Latinam Cotelerii aliquot in locis castigavimus ejusque notas edimus, quibus nostras quoque notulas præmisso asterisco adjicimus.